SÆCVLARES AVGG. *Ceruus*.
IOVI STATORI.
IOVI CONServatori AVG. *Iupiter stans*.
DIANÆ CONServatrici AVG. *Diana venatrix*.
HERCVLI CONServatori AVG. *Leo*.
SOLI CONServatori AVG. *Taurus*.
DEO MARTI.
LÆTITIA IMPERI. *Puer insidens capro*.

VOTA ORBIS *Duæ Victoriæ inscribentes clipea palmæ appenso.*

SALONINA vxor Gallieni.
IVNO REGINA *stans*.
Id. Quinarius.
PIETAS AVGG.
FECVNDITAS *stans*.
VENVS GENETRIX *stans cum puerulo*.
VENVS FELIX *stans*.
VESTA.

LIC. CORN. SALON. VALERIANVS, Gallieni, & Saloninæ filius.

PRINCIPI IVVENTVTIS.
Id. Quinarius.
IOVI CRESCENTI. *Iupiter infans insidens capræ.*
PIETAS AVG. *vasa pontificalia.*
CONSECRATIO. *Aquila.*
Id. *Aquila gerens ad cœlum animam Cæsaris.*

P. LIC. VALERIANVS, Valeriani filius, Gallieni frater.

SPES PVBLICA. *Dea coronans Imperatorem.*
PIETAS AVGG. *Vasa pontificalia.*
VICTORIA PARThica *lauream offerens Imperatori.*
DII NVTRITORES. *Iupiter & Imperator iungentes dexteras.*
Horumce Imperatorum Valerianorum nummi vulgò confunduntur, ob faciei similitudinem & typorum conformitatem: verùm hoc iudicium tulit Cl. Vaillant, eos qui aut COR. aut SAL. aut DIVI appellatione sunt insigniti, pertinere ad Gallieni filium, non ad fratrem.

POSTVMVS.

VIRTVS AVG. *stans*.
Id. *Mars*.
Id. *Hercules*.
HERCuli DEVSONIENSI.
VBERTAS *stans*.
SALVS PROVINCIARVM. *Rhenus iacens*.

MACRIANVS. SOLI INVICTO.
QVIETVS. SPES PVBLICA.
AVRELIANVS. ORIENS AVG.
VABALATHVS.
SEVERINA. CONCORDIA MILITVM.
TACITVS. SALVS AVG.
ÆQVITAS *Ara*.
FLORIANVS VICTORIA PERPETVA.
PROBVS. CONCORDIA MILIT.

FELICIA TEMPORVM. Rarissimus est nummulus iste seu Quinarius, quem illustrant sub specie puerorum ludentium, Ver, Æstas, Autumnus, & Hiems.
CARVS. PAX.
CARINVS VICTORIA AVGG.

DIO-

DIOCLETIANVS . VIRTVS MILITVM.
XCVI. AQ. *in corona.*
MAXIMILIANVS . VIRTVS MILITVM. *Turris.*
Id. *milites.*
SOLI INVICTO, *Sol in quadriga.*
LICINIVS. GENIO POP. ROM.
HELENA. SECVRITAS REIPublicæ.
CRISPVS. VOTa CÆS. &c. *Corona.*
VOT XX. *Ara.*
CONSTANTINVS. VIRTVS MILITVM.
VOTIS XXX. MVLT. XXXX. *Corona.*
CONSTANTINVS IVNior. VICTORIA AVGG.
IVLIANVS. *Stella in Corona.*
VOT. V. MVLT. X. *Corona.*
IOVIANVS. VICTORIA ROMANORVM.
VALENTINIANVS. VIRTVS ROM.
VOT. V. MVLT. X. *Corona.*
VALENS. RESTITVTOR ORBIS.
GRATIANVS. VRBS ROMA.
MAG. MAXIMVS. VIRTVS ROMANORVM.
VICTORIA AVGVSTORVM.
VICTOR. VIRTVS ROMANORVM.
THEODOSIVS. CONCORDIA AVGG.
ÆLIA FLACILLA. SALVS REIPVBlicæ.
ARCADIVS AVG. VIRTVS ROMANORVM *sedens.*
VOT. X. MVLT. XX. *Corona.*
HONORIVS. GLORIA ROMANORVM.
VOTIS X. MVLT. XX. *Corona.*
ZENO. *Aquila expansis alis.*
IVSTINIANVS *Stella in corona.*
D. N. VITIGES. *Corona.*
CONSTANTINVS. DEVS ADIVTA ROMANIS. Crux.

Circa hæc tempora, barbaris imperium Romanum vastantibus, artes ferè perierunt, ex quo factum est vt paucissimæ monetæ, illæque absque vlla eruditione aut elegantia, cusę sint; quare Numismatum antiquorum seriem hic terminari necessum est.



CAPVT VIII.

NVMISMATA RECENTIORA,

Ex Argento,

PONTIFICVM, IMPERATORVM, REGVM PRINCIPVM, ILLVSTRIVM, &c.

CLEMENS VII. &c. 1523.

EGO SVM IOSEPH FRATER VESTER.

PAVLVS III. &c. 1534.

DOMVS MEA DOMVS ORATIONIS.

IVLIVS III. &c. 1550.

ANGLIA RESVRGENS. VT NVNC NOVISSIMO DIE.

Id. ANNONA.

PAVLVS IV. &c. 1555.

ROMA RESVRGENS.

PIVS IV. &c. 1560.

VIRGO TVA GLORIA PARTVS.

PIVS V. &c. 1566.

DEXTERA TVA DOMINE PERCVSSIT INIMICVM.

Propter pugnam ad Echinadas & Naupactum, vulgo *la battaglia di Lepanto*, in qua Veneti auxilio Pontificio & Hispanico suffucti, gloriosissimè de Turcarum classe triumphauerunt.

DOMVS MEA DOMVS ORATIONIS.

GREGORIVS XIII. &c. 1572.

RESTAVRAVIT.

VIATORVM SALVTI. PELIA. MDLXXX.

VERVS DEI CVLTVS.

SIXTVS V. &c. 1585.

FECIT IN MONTE CONVIVIVM PINGVIVM.

IN FLVCTIBVS EMERGENT.
ABVNDANTIA PONTIFICIA.

CLEMENS VIII. &c. 1592.

PORTV CENTVM CELLARVM INSTAVRATO.
DA QVOD IVBES.
IVSTITIA ET CLEMENTIA COMPLEXÆ SVNT SE.

PAVLVS V. &c. 1605.

DEI GENETRICI SEMPER VIRGINI.
CEPERANI PONS SVPER LIRIM INSTITVTVS.
INTER SANCTOS REFERT CARD. BORROMEVM.
VBI VVLT SPIRAT.
IN HONOREM PRINCIPIS APOSTOLORVM.

GREGORIVS XV. &c. 1621.

PACIS ET RELIGIONIS AMOR.

VRBANVS VIII. &c. 1623.

ADDITIS VRBI PROPVGNACVLIS.
NVNC RE PERFECTO.
FERRI FODINIS APERTIS.
ÆDE S. BIBIANÆ RESTAVRATA.
AD ÆDIVM PONTIFICVM SECVRITATEM.
ORNATO CONSTANTINI LAVACRO ET INSTAVRATO.
DENVO EXÆDIFICATA.
IN HONOREM PRINCIPIS APOSTOLORVM.
INSTRVCTA, MVNITA, PERFECTA.
FORTITER EGIT, PRVDENTER PATITVR.
S. PETRI BASILICA CONSECRATA.
HOMINIBVS BONÆ VOLVNTATIS.
ASSAGIVM GENERALE.
TE MANE TE VESPERE.
BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS.
ORNATO SS. PETRI ET PAVLI SEPVLCHRO.

INNOCENTIVS X. &c. 1644.

ABLVTO AQVA VIRGINE AGONALIVM CRVORE.
VATICANI SACELLIS INSIGNITIS.
S. AGNETI VIRGINI ET MARTYRI SACRVM.

ALE-

ALEXANDER VII. &c. 1655.

OMNIS SAPIENTIA A DOMINO.
FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS.
NAVALE CENTVM CELLÆ.
B. FRANCISCO EPISCOPO INTER SANCTOS RELATO.
ADOREMVS. PROCIDEMVS ANTE EVM IN SPIRITV ET VERITATE.
DIVO NICOLAO MYRÆ EPISCOPO. CASTR. GAND.
REGIA AB AVLA AD DOMVM DEI.
FIDEI REGVLA ECCLESIÆ FVNDAMENTVM.
VT VMBRA ILLIVS LIBERARENTVR.
DA PACEM DOMINE IN DIEBVS NOSTRIS.

CLEMENS IX. &c. 1667.

CONSTANTIA SYLVERII IMITANDA PROPOSITA.
ALIIS NON SIBI CLEMENS.
IPSE DOMINVS POSSESIO EIVS.

CLEMENS X. &c. 1670.

PORTAM AVREAM TIBVRTINÆ BASILICÆ CLAVSIT.
CVM ME LAVDARENT SIMVL ASTRA MATVTINA.
TVRCARVM SIGNA A POLONIS RECEPTA.
CVNCTIS PATET INGRESSVS.
FLVENT AD EVM OMNES GENTES.
INTERCEDITE PRO NOBIS.
Id. fere.
VT ABVNDANTIVS HABEANT.
DEVS FVNDAVIT EAM.
VIVIFICAT ET BEAT.
ROMA RESVRGENS.
PLENA EST OMNIS TERRA GLORIA EORVM.

INNOCENTIVS XI. &c. 1676.

NON DEFICIET FIDES TVA.
FIAT PAX IN VIRTVTE TVA.

Hæcce ferè omnia multaque alia Pontificum Numiſmata eleganter explicauit ſcalpique curauit R. P. Claudius du Molinet, Canonicus Regularis doctiſſimus, in libro Pariſijs edito, M DC LXXIX. cui titulus eſt, HISTORIA SVMMORVM PONTIFICVM A MARTINO V. AD INNOCENTIVM XI. PER EORVM NVMISMATA.

PE-

PETRVS BEMBVS . S. R. E. CARD. Pegasus.
ALEX. FARNESIVS . S. R. E. CARD. Templum.
G. DESTOVILLA EPIS. OSTI. CAR. ROTHO. S. R. E. C. Insignia gentilitia.
DOM. GRIMANVS S. R. E. CARD. Theologia, & Philosophia.
LVD. PORTOCARRERO . Archiepiscopus Toletanus, Hispaniæ primus Consiliarius, Orator extr. ad Innocentium XI. HAC DVCE CVNCTA.
Cardinalis Vendraminus . IVSTITIA IN FORTITVDINE ET FIDE.

Beneuolo Lectori declarare necessum est sequentia huius capitis Numismata absque ordine descripta esse, at pro eorum magnitudine in tabellis fuisse disposita, ita & à nobis excerpta.

LVDOVICVS MAGNVS FRANC. ET NAV. REX P. P. *SOLISQVE LABORES.*
HENRICVS II. FRANCOR. REX INVICTISS. P. P. *OB RES IN ITALIA, GERMANIA ET GALLIA FORTITER AC FELICITER GESTAS. EX VOTO PVB.* 1552.
CATHARINA DE MEDICIS REGINA FRANCORVM. *HINC DOLOR HINC LACRYMAE.*
MAXIMILIANVS D. G. ARCH. AVSTR. &c. *FRANGIT ET ATTOLLIT.*
CAROLVS XI. REX SVE. EQ. NOB. ORD. PERISC. INAVG. 29. MAII. 1671. HONI SOIT QVI MAL Y PENSE. *CONCORDIA REGVM SALVS POPVLI.*
CATHARINA D. G. MAG. BRIT. FRAN. ET HIBER. REGINA. *PIETATE INSIGNIS.*
CAROLVS ET CATHARINA REX ET REGINA . 1670. *DIFFVSVS IN ORBE BRITANNO.*
GVSTAVVS ADOLPH. D. G. SVEC. VAND. REX. *ChrIstVs DVX ergo trIVMphVs.*
GEORGIVS D'AMBOISE S. R. E. CARD. *SALVAT VBI LVCET.* 1500. *MEDIOL.*
LOVIS XIV. ROY DE FR. ET DE NAV. *POVR LES CONQVESTES DE FLANDRE ET DE LA FRANCHE COMTE. MDCLXX.*
Id. *GERMANIA SERVATA.*
FRANCISCVS I. FRANCORVM REX. *VNVS NON SVFFICIT ORBIS MDXV.*
CAROL. XI. D. G. REX SVEC. *FACILE RVMPITVR.*

IVLIVS

IVLIVS CARDINALIS MAZARINVS. *ET NVTVM FATA SEQVVNTVR* 1660.
FERDINANDVS D. G. ROMANO. BOH. HVNG. &c. REX CAROL. V. IMPERATOREIS. LVMI ET ORA. *CAPTIVITAS IO. FREDERICI DVCIS SAXONIAE*.
LVDOVICVS XIII. D. G. FRANCORVM ET NAVARÆ REX, *OB AQVAS DEDVCTAS*. 1624.
PHILIPPVS II. HISPAN. ET NOVI ORBIS OCCIDVI REX. *HISPANIA VTRIVSQ. ORBIS REGNATRIX.*
MAXIMILIANVS DEI GRA. ROM. IMP. SEMP. AVG. ARCHIDVX AVSTRIÆ. *PLVRIVMQ. EVROPAE PROVINCIARVM REX ET PRINCEPS POTENTISSIM.*
CAROLVS CARDINALIS DE LOTHERINGIA. *LVDOVICVS CARDINALIS DE GVISA*. 1578.
PAVLVS SIXTVS TRAVTHSON BARO. *TEMPORE PERFICITVR*. 1574.
MAXIMILIANVS &c. *DOMINVS PROVIDEBIT*.
MAVROCENA MAVROCENA. MVNVS MAVROCENÆ GRIMANÆ DVCISSÆ VENETIAR. 1597.
HENRICVS IIII. R. CHRIST. MARIA AVGVSTA, capitibus iugatis.
PROPAGO IMPERI. 1603.
Id. REGIS SACRA FOEDERA.
MARIA AVG. GALLIÆ ET NAVARÆ REGINA 1615.
SERVANDO DEA FACTA DEOS. Nauis iactata procellis in cuius puppi ſedet Cybele.
CATHARINA SFORZA 1485.
TIBI ET VIRTVTI.
LVDOVICVS XIV. &c. NVLLA DIES SVB ME NATOQVE HÆC FOEDERA RVMPET. FOEDERE HELVETICO INSTAVRATO. 1663.
LVDOVICVS MAG. FRAN. ET NAV. REX Pater Patriæ, GERMANIA SERVATA. 1664.
Id. SIC ITVR AD ASTRA.
HENRICVS II. REX &c. BEANT TE COPIA LAVRO ET FAMA.
FERDINANDVS REX ROM. &c. Inſignia in aquila.
FERDINANDVS II. EX ROM. &c. eques. VIRESCAT.
CAR. EMANVEL DVX SABAVDIÆ &c. ITERVM BONA NVMINA IVNGVNT.
CAROLVS V. IMP. &c. PVBLICA SALVS.
GVST. ADOLPH. D. G. SVEC. GOTH. VAND. R. PRIN. FINLAND. DVX ESTHON. CARELIÆ, INGRIÆ &c. 1632.

1632. MILES EGO CHRISTI CHRISTO DVCE STERNO TYRANNOS. HÆRETICOS SIMVL ET CALCO MEIS PEDIBVS. PARCERE CHRISTICOLIS ME DEBELLARE FEROCES. PAPICOLAS CHRISTVS DVX MEVS EXANIMAT.

IO. FRIDERICVS DVX BRVNSVICENSIS &c. EX DVRIS GLORIA.

IMAGO IOANNIS FRIDERICI ELECTORIS DVCIS SAXONIÆ. Decursio MDXXXII.

FERDINANDVS IV. &c. PRO DEO ET POPVLO.

Id. inter insignia VII. Electorum, 1641.

CATHARINA REGINA Angliæ &c. PIETATE INSIGNIS.

CHRISTINA REGINA SVEC. &c. ET SINE TE.

PHILIPPVS II. Rex Hispan. &c. ISABELLA &c.

Id. VT QVIESCAT ATLAS.

RVDOLPHVS II. IMP. &c. SALVTI PVBLICÆ.

LVDOVICVS XIII. REX &c. FRANCIS DATA MVNERA COELI 1617.

LVDO. VNGAR. BOHEQVE REGIS ET MARIÆ REGINÆ DVCISS. CONIVGIS AC PROCES. IN FLAN. *Pugnæ ad Mochatz. MDXXVI.*

CAROLVS II. Magnæ Britanniæ Rex. *Nauis.*

HENRICVS II. Dux Mantuæ &c. MIHI VINDICTAM ET EGO RETRIBVAM.

ALOYSIVS MOCENICVS &c. TRIVMPHVS ALOYSII MOCENICI &c.

FRAN. MAVROC. VEN. REGNI CRETÆ PROCONSVL. MDCXXVIII. GAVDET FLVM. NON FVLMINE. Typus veluti duplex, nummi aream occupat: Superior Iouem aquilæ suæ incumbentem exhibet, vas tenentem, è quo profluit aqua. Inferior verò fontem magnificum, qualis etiamnum in amplissima Candiæ platea visitur. Egregio quippe & vtilissimo operi perpercerunt Turcæ, quamuis cætera eiusdem ciuitatis funditus diruerint: Vt MAVROCENI nomen & salutem ei donasse, & pro Ioue Conseruatore fuisse videatur.

GEORGIVS MAVROCENVS THRACIÆ DOMINATOR. ORIENTIS CVSTOS. 1664. *Leo Venetus.* Heros ille Petri horumce Numismatum donatoris frater erat, Venetæ classis Imperator, qui quæ omnia quantumuis maximi pretij, Turcarum barbarorumque victor longa annorum serie, annorum vi eripuerat, vno testamenti articulo Serenissimæ Reipublicæ legauit: At-

que etiam sibi a Cretensibus donatum cor ex auro puro. Hæc autem ad Ser. R. P. gloriam, Familiæ Maurocenæ decus, & eruditam exterorum voluptatem eleganter disposita sunt in aula X. Virorum, *nelle Sale del Consiglio di Dieci*.

NICOL. CONTarini SENATVS EX VOTO *1631*. VNDE ORIGO INDE SALVS. *Platea D. Marci*. Quo tempore pestilentia Venetijs sæviebat, Templum B. Mariæ vouit Pietas Senatus, quod postea magnificentissimè soluit: *la Chiesa della Madonna della Salute*.

IO. ERNEST. Marchio Brandemburgicus: HIS TANDEM FRETVS OVABO.

MAXIMILIANVS COM. PAL. &c. PVLCHRVM CLARESCERE VTROQVE.

Aquila cum quinque effigiebus Austriacorum Principum Impp. Rom. Rudolphi I. Alberti I. Alberti II. Federici III. & Federici IV. Ab auersa parte adsunt effigies Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi II. Maximiliani II. & Rudolphi II.

AMBROSIVS BAVLER &c. ΟΙΚΟΣ ΦΙΛΟΣ ΟΙΚΟΣ ΑΡΙΣΤΟΣ. Domus amica, domus optima.

LEONardus da VINCI pictor Florentinus, SCRIBIT QVAM SVSCITAT ARTEM.

TIB. DECIANVS I.C. VTINENSIS. HONESTE VIVAS, ALTERVM NON LÆDAS, IVS SVVM CVIQVE TRIBVAS.

IO. HENIS D. COM. PAL. EQ. D.M. LOIMAT GER. ET ITAL. P.

VVILHEM TELL VON VRI: STOVFACHER VON SCHVVITZ; ERNI VON VNDERVVALD: ANFANG DESS PVNTZ IM IAR CHRISTI *1296*. *Fœdus Helueticum, tribus Viris manus iungentibus designatum. Ab auersa parte Insignia XIII. Cantonum & sociorum*.

MEMORIA AMPLiatæ CVRIÆ NORIMBERGENSIS: *1619*. NORICVS ÆTERNVS SIT GLORIA, STET VIVENTQVE PATRES, PROCVL OMNE MALVM, POPVLVSQVE SVPERSIT.

QVI VERE BIBERIT AQVAS CHRISTO DANTE NON MORIETVR IN ÆTERNVM. *Christus & Samaritana iuxta puteum*. MOISES VIRGA PRODVXIT AQVAM. *Moises petram feriens è qua profluit aqua*.

ITA CHRISTVS TRIDVO SEPVLTVS POST DEVICTOS HOSTES RESVREXIT. *Christus resurgens. Iob e naui in mare proiectus, & a cete deuoratus*.

ITA

ITA CHRISTVS RESVRGENS A MORTVIS PORTAS INFERORVM DESTRVIT. Comparatio Chriſti & Samſonis.

SIC VNITIS NON PAVEO: *Aquila orbem tenens &c.* QVO SVPERIOR, POTENTIOR. 1664. *Nomen Ieſu de Luna triumphans*. Feliciter ad manus peruenit hic nummus gloriam LEOPOLDI celebrans, CÆSARIS, AVGVSTI, OPTIMI, MAXIMI. Quippe cùm hæc ſcriberemus, nuntius ad nos peruenit, fugatos eius hoſtes, Viennamque certò liberatam edocens. O rem pergratam! o rem tanto Imperatore dignam! Feroces Turcæ innumeris ſtipati Aſiaticis Africaniſque populis illuc conuenerant, vt quod olim Solimano ducente, A. C. MDXXIX. tentauerant, tandem conſequerentur. At nomen Ieſu iterum de Luna triumphauit: Qui exultantes accurrerant Barbari, turpiter fugere coacti ſunt, relictis LX. militum millibus, CC. tormentis bellicis, pretioſaque gaza. POTENTIOREM quo SVPERIOREM Chriſtianæ SS. Religionis titulum ſuo damno æternùm ſentiant qui illum non reuerentur.

QVI DAT TVEATVR ET ORNET. *Manus imponens coronam duobus Leonibus*. QVAM BENE CONVENIVNT. 1619. *Inſignia gentilitia*, coniugium aliquod procul dubio deſignantia.

Multa alia ſunt eiuſdem generis, inſpicientibus gratiſſima futura, quorum maiorem partem ſcalpi curauit & explicauit Io. Iac. Luckius, in ſua SYLLOGE NVMISMATVM, Argentorati impreſsa, MDCXX.



CAPVT IX.

NVMISMATA GRÆCA,

Ex Ære.

COmplectitur hoc caput diuersæ magnitudinis Numismata, a Regibus græcis aut græcis ciuitatibus cusa, quæ sigillatim describere longissimum fuisset: Id non permittentibus temporis angustijs, numerauimus ea CXXVI. antiqua certè, in tribus amplissimis tabellis disposita. Horum scalpturam & historiam maiori ex parte publici iuris fecerunt Hub. Goltizij Interpretes, And. Schottus & Lud. Nonnius. Multa tamen inuestiganda supersunt, quæ quòd totum requirant hominem, a nobis omittuntur. Tunc sedulam Senatoris Petri Mauroceni in perquirendis hisce monumentis curam, & ijsdem comparandis liberalem animum non raró mirati fuimus. Ita est profectò vt non exiguas laudes meritus sit, qui posteris cuiuscumque sortis tam illustre dedit exemplum, scriptoribusque nostris nepotibus subsidium. Nullus enim debito, futurorum sæculorum Studiosos ad amplissimum hunc Thesaurum, vt ad Delphicum tripodem accursuros, cuius beneficio eruditæ antiquitatis ænigmata soluantur & quasi detecto velo patefiant. Quàm multa hactenus ignota scirentur, si reconditioris eiusmodi studij adminicula a Maioribus nostris ritè custodita & curata fuissent? Serenissimam Venetorum Rempublicam manebat hic honos, vel hoc vnico consilio, non deficientibus sexcentis alijs, æternùm laudandam.



CAPVT X.

NVMISMATA ÆREA IMPERATORVM ROMANORVM,

Ex maximo modulo, vulgò *Medaglioni*.

ΩΜΗΡΟΣ. HOMERVS. *Caput Homeri.*
Iuuenis manuducens equum.

Hic nummus ex eorum numero eſt qui vulgò (parcant Ciceroniani manes) *Contourniati* dicuntur, de quorum origine noua quædam feliciter reperta in lucem efferre ſuo tempore licebit. Ad certamina ludoſque attinet typus, aut Smyrnæ celebratos, aut a Smyrnæo victore deſignatos, qui Homerum patriæ ſuæ gloriam repræſentauit. De Homero abundè diximus in nummis ex ære mediocri.

ALEXANDER MAGNVS MACEDON. *Caput Alexandri exuuijs leonis ornatum.*
SOLI INVICTO. *Sol in quadriga.*

Hunc nummum non Macedonis Regis ſed Conſtantini Magni temporibus percuſſum fuiſſe opinio eſt, ex eodem Contourniatorum genere; Scalptura, inſcriptioniſque formula id nobis abunde ſuadentibus: Is iam vulgatus eſt in THESAVRO noſtro, pag. 135.

ALEXANDER MAGNVS MACEDON. *Caput idem.*
Tres figuræ prope equum.

Quales illæ ſint, aperiamus. Gaudet Alexander Magnus, ſibique de domito Bucephalo gratulatur. Philippus in hæc verba à Plutarcho relata prorumpere videre; *Quærendum par tantis animis regnum, neque enim te capit Macedonia.* Parmenio ſit, aut alter Magnas, qui Regi ſedenti adſtat con ſule Plutarchum.

ALEXANDER MAGNVS MACEDON. *Caput Alexandri.*
Hercules pugnans contra Centaurum.

Alexandrum vt alterum Herculem venerabantur Macedones, à quo ortum duxiſſe certa genealogia demonſtrabant. Ita Plutarchus eius vitam deſcribens incipit: *Alexander ex gente Herculis &c.* Hinc huius labores illi obtuliſſe non mirum eſt, tum ad ſimilium imitationem inuitantes, tum de ſuſceptis confectiſque gratulantes. Hinc vtrumque Leonis exuuijs ornabant, Regeſque Macedoniæ illorum ſucceſſores, imò & M. Antonium III. Virum R.P.C.

ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. SACER SENATVS. *Caput iuuenile*.
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ Και ΣΜΥΡΝαιων. ΣΤΡατηγȣ Τιτȣ ΦΑΒιȣ ΑΛΦηνȣ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. THYATIRENORVM Et SMYRNæorum sub PRÆTore Tito FABio ALFEno APOLINARIO.



Militarem Amazonem ex bipenni notam, Smyrnæ conditricem cum Genio Thyatirenorum fœdus aliquod inire, super aram coniectura est. Plura de hoc nummo, cùm meus esset, disserui, *in Thesauro, pag.97*. Eiusdem populi nummum SACRO eidem SENATVI dicatum possidet Ser. Magnus Hetruriæ Dux, cum hac epigraphe, ΕΠΙ ΣΤΡατηγȣ ΜΑΡΚου ΑΥΡΗΛιȣ ΒΑΡΒΑΡΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ: SVB PRÆtore MARCO AVRElio BARBARO THYATIRENORVM. Typum ornãte figura seminuda iacente, dextra ramum tenente iuxta taurum. Nummum temporibus Caracallæ cusum censet Cl. Iac. Sponius Doct. Med. Lugd. harumce rerum intelligentissimus, ex inscriptione istius temporis *in suis miscellaneis* relata. Verùm eius inscriptio ANTonium CLaudium ALFENVM celebrat, nummus verò noster certè Titum FABIum ALFEnum. Porrò hæc conciliari possunt, adiectis vtrobique prænominibus. Thyatiræ hodie *ACKissar* inscriptionem superesse iuuat, cùm & ibidem nummum cusum fuisse testentur eius characteres. Faciem tum SACRO SENATVI tum Caracallæ Imp. communem esse non dubito.

ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. **SACER SENATVS.** *Caput iuuenile.*
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ . . . . ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙ . . .
NICOMACHVS SACRORVM PRAEFECTVS . . . TEMENOTHVRITIS.



Et hunc pariter nummum olim meum explicaueram *in Thesduro*, *pag.* 98. Gratulor certè, mihi elegantissimam Stymphalidum fabulam promulgasse, quam in nullo alio antiquo monumento obseruasse vnquam contigit. Nonne victor Hercules crepitaculo suo quo Stymphalidas fugauerat Palladi beneficæ gratias agere posterisque consignare videtur? Vt nihil quod amplissimam tabellam implere posset, exiguum hoc cimelium apprimè non nobilitet.

ΤΡΙΠΟΛ . . . . Ν ΛΑΟ . . . ΕΜ. Ν. Nummus hic ita vetustate abrasus est, vt nequidem scriptis hisce characteribus fidere ausim. Eorum reparationem ab integriori liceat expectare.

CÆSAR PONTifex MAXimus. *Caput Augusti.*
ROMÆ ET AVGusto. *Ara quam vtrinque ornant Victoriæ duæ, coronas dextra, palmas sinistra gerentes.* Insigne aut dissimulationis aut modestiæ testimonium est, *nullum in vlla prouincia, nisi communi suo Romæque nomine templum* ab Augusto *receptum fuisse, & in Vrbe quidem pertinacissimè abstinuisse hoc honore*, refert Suetonius, cap. 52. Vnde non constat cur apud Rufum legatur ROMÆ ET AVGVSTO templum in ipsa Vrbe extructum fuisse.

TI-

TIberius CÆSAR AVGVSTI Filius, IMPERATOR V.
ROMæ ET AVGusto. *Ara* vt supra.
Eosdem honores Tiberio delatos esse ac Augusto scribunt Veteres, ideo non mirandum est eadem adulationis formula vsos fuisse gratiam Principum ambientes. Hinc vtrique nummi ijdem, eadem templa, eædem aræ.

NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. P.M. TR. P. IMP. P.P.
ROMA. SC. insidens armis Victoriæ simulacrum tenens.

Neronis temporibus maximæ molis vt & insignis scalpturæ nummos fuisse norunt qui hisce dilectantur. Quoniam autem hic solita magnitudine maior visus est, ideo inter *medaglioni* vt vocant, dispositus est.

OLYMPIA REGINA. An ad Philippi vxorem, Magni Alexandri matrem referatur hic nummus, adhuc incertum est. Multi ad Heigyam referunt, & eius lectisternium. Alij ad Herculem; atque etiam alij ad Genium qui olim Æneæ Anchisi parentanti apparuerat. Similem olim expressit in erudito suo opere, nobilissimus Erizzus.

STEFANAS. Multos habemus ex Contourniatorum genere nummos hac inscriptione insignitos. Athleta est quem victorem facilè colligimus ex palma & corona: Quin & eiusdem triumphum indicare videntur equi superbè cristati. Id fortassis hodiernis equisonibus exemplum dedit, equos similibus pennis ornare decursionibus paratos. Similem typum prodidit Thesaurus noster pag. 136. inter Alexandri nummos.

Vir stans coram muliere sedente flente, & alia ad pedes. Ænigma OEdipo indiget: quàm lubenter illi occurrerem!

Iuuenis freno ducens equum. Et hic typus Homeri nummum ornat, OEdipi solertia & felicitate indigens, nisi ad Athletam Smyrnæum referatur.

℞ C. S. *Vesta sedens*. Nummus hic Contourniatus est, nulla alia de causa spectabilis quàm quòd Senatusconsultum fortè mentiens C anteposuerit litteræ S sed hæc sunt leuissimi momenti.

GALBA.

CERES AVGVSTA. Hic etiam inter Contourniatos recenseatur, nec alia ex parte pretiosus.

VESPASIANVS.

Vulcanus. Contourniatus hic est. Cetera obscura sunt.

DOMITIANVS.

Imperator iaculum in hostem prostratum vibrare videtur coram duabus figuris.

Num-

Nummus ille meus fuit, inter Contourniatos numerandus. Germaniam in eo prostrasse videtur vesanus Imperator, ab hoc se GERMANICVM nuncupans, ex Suet.c.13. *Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque neque necessariam, & dissuadentibus paternis amicis, inchoauit: tantum vt fratri se & operibus & dignatione adæquaret*, inquit id Suetonius c.2. *De Dacis Cattisque duplicem triumphum egit*, ita Eutropius, l.7. Quin & Germanici nomine assumpto, Septembrem mensem GERMANICVM transnominauit. Nummi frequentes sunt quibus a Domitiano erat inscriptum GERMANIA, RHENVS, GERMANIA CAPTA.

IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PERP.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. PHILIPPOPOLITARVM.

Germania prostrata & deuicta videtur, quare huc etiam adaptari debent quæ de superiori nummo scripta sunt. *Philippopolis vrbs* est *Macedoniæ a Philippo Amintæ filio condita*, inquit Stephanus, quæ & Trimontium & Hadrianopolis dicta est. Incolarum mores ipsi etiam nomen fecerant, πονηρόπολις quippe nuncupata est, tanquam *improborum ciuitas*. De ea Plinius l.4.c.11.

TRAIANVS.

DIVO TRAIANO AVGVSTO.

Iupiter sedens simulacrum Palladis sinistra tenens coram fulcro cui impositus est clipeus orbem referens; quem egregiè illustrant Sol & Luna inter XII. Zodiaci signa.



Et hic nummus, qui Contourniatus est, amplissimæque molis, olim meus huic seriei accessit. Omni ex parte egregius iam in *Thesauro nostro* declaratus est, *pag.* 104. Non displicet coniectum amici cu-

 jusdam

jusdam mei, magnis illis luminaribus designari Traianum & Plotinam, tunc orbis moderatores.

EVTIMIVS TYRIEI CAT. *Athleta stans inter duos equos pennatos, quos vtraque manu continere videtur.*

Quidni Athleta fortissimo compararetur Traianus, qui *duo rapta manu coniungit ex hoste trophæa*. De Eutimio diximus in Thesauro, pag. 105. cum rariores nummos nostros vulgauimus cui & hæc adijcienda putamus a Plinio transcripta l.7.c.47. *Consecratus est viuus sentiensque oraculi iussu, & Iouis eorum summi astipulatu, EVTHYMVS pycta semper Olympiæ victor & semel victus. Patria ei Locri in Italia: ibi imaginem eius & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum vt nihil aliud miratum video, Deumque iussisse sacrificari; quod & viuo factitatum & mortuo: nihilque adeo mirum aliud quàm hoc placuisse Dijs.*

Venus e cœlo ad Anchisem delabitur in Ida dormientem : Hunc apertè declarat Lupa iacens, famosa Romuli Remique nutrix: Illam verò deducere videtur Cupido inter vtrumque volitans, facem accensam tenens. Contourniatum hunc nostrum nummum, publici iuris fecimus in Thesauro, pag. 158.

TRAIANVS AVG. COS. III. P. P.

Hercules & Bacchus arbore intermedia, in cuius ima parte suspicio est tigrides è labro bibere.

Nummus Contourniatus est. An qui nummum cuderunt, exprimere voluerint Traianum suis laboribus Herculem Bacchumque æquasse & superasse? An tantum horumce numinum tanquam Optimo Principi propitiorum cultum renouare? Hercules quipe Patronus erat domus Vlpiorum, e quorum familia Traianus, inde VLPIVS dictus; cuius fidem facit inscriptio Romæ, apud Barberinos HERCVLI CONSERVATORI DOMVS VLPIORVM SACRVM. &c. DIVO TRAIANO AVGVSTO.

Triumphum maritimum Contourniato hoc nummo designari multi arbitrantur, & ad Scyllam referri. Is idem typus in Alexandri Seueri numismatibus exstat, neque ideo interpretatu facilior est. Fr. Angeloni explicationem probare non possumus, neque tamen genuinam reponere.

Id. fere.

IMP. CÆS. NERVA TRAIANVS AVG. COS. IIII.

Triumphus Bacchi, scilicet Tigridibus currum vehentibus in quo Bacchus negligenter cubat, thyrsum dextra tenens, præcedente Satyro, iuuene subsequente, & volitante Cupidine, Sileno, tibijs canente.

Illum vidisse videtur festiuus Anacreon, adeo eleganter ab ipso describitur

bitur, Ode XLIX. in qua notandum egregiè explicatas fuisse ἑτεροπνόους ἐναύλους pro duplici tubicine eadem expiratione inflato, non verò vt olim



vento minimè suo inflato: quod debemus Musarum corculo, Gallæ, eruditissimi patris filiæ Annæ le Feure, in eiusdem commentarijs. Et hunc nostrum Contourniatum nummum in Thesauro vulgaueramus, pag. 158. Eius erudito mysticoque typo accedit elegantissimus color, quem vt Itali *patina* Galli *vernis*, sic vernigine indicatam docet Hermolaus Barbarus. Idem typus a Nobilissimo Erizzo inter Neronianos conspicuus est: At, Amice lector, caue ne eius interpretationem pro legitima ducas.

DIVO NERVÆ TRAIANO.

Athleta quadrigam regens, coronam & flagrum dextra tenens sinistra palmam.

Nonne hic etiam nummus EVTIMII nomine inscriptus est? de quo supra & in Thesauro, *pag.* 158. ita opinor.

DIVO NERVÆ TRAIANO. *Caput Traiani.*

Circus absque inscriptione.

Nummus quidem Contourniatus est, attamen ad imitationem Romani & verè genuini fabrefactus, in quo Circus maximus repræsentabatur. Xiphilinus e Dione sic illum explicat: *Adeo autem & magni animi & conceptus erat Traianus, vt Circo inscripserit, quod capacem populi Romani struxisset, quia scilicet corruptum, & maiorem & elegantiorem fecerat.* Οὕτω γὰρ πυ καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων ἔφυ, ὥστε καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ ἐπιγράψαι, ὅτι ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῷ τῶν Ρωμαίων δήμῳ ἐποίησεν· ἐπειδὴ διαφθαρέντα πη καὶ μείζω καὶ περικαλλέστερον ἐξειργάσατο. Inde Plinius in Panegyrico, *Hic immensum latus Circi templorum pulchritudinem prouocat, digna populo victore gentium sedes, nec*

minus ipsa visenda, quàm quæ ex illa spectabuntur, &c. Ad hanc Circi reparationem a Traiano factam referantur ista Suetonij verba,



in Domit. cap.v. *Fecit Odeum & Naumachiam; è cuius postea lapide Maximus Circus, deustis vtrumque lateribus, extructus est.* Illud quippe postea ad Traianum refertur. Circus autem a circuitu dictus censente Cassiodoro, erat locus muris septus quem a ludis Circensibus denominatum volunt. Equi curriculis iuncti è carceribus emissi quum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam redissent. Solemnes deinde mansere huiusmodi ludi, vnde Prasinæ & Venetæ factiones, a colore viridi & cœruleo. In ijs etiam edebantur venationes. *Singula ornamenta Circi, singula templa sunt*, inquit Tertullianus l. de spect. c. VIII. *Oua honori Castorum adscribunt, qui illos ouo editas credendo de Cygno Ioue non erubescunt: Delphinos Neptuno vouunt. Circus Soli principaliter consecratur, Cuius ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putauerint sub tecto consecrandum quem in aperto habent.*

DIVO TRAIANO AVGVSTO.

Apollo laurum dextra tenens, sinistra cytharæ imposita, supra tripus, cui intortus est serpens: Absque inscriptione. Nummus Contourniatus est.

Apollini ἀεὶ καλῷ καὶ ἀεὶ νέῳ vt loquitur Callimacus, in hymnis, *semper pulchro & semper iuueni*, tripodem, serpentemque dedicatos esse palam est. Audiamus Herodotum, *in Calliope*. *Collata autem pecunia decimam selegerunt, ex qua tunc Deo qui Delphis est, Tripos aureus ibi repositus est, insistens super tricipiti ex ære colubro prope aram.* Et Pausaniam in Phocicis: *Commune fuit*

Gra-

Græcorum de Platæensi prælio donum, aureus tripos sustinente æneo dracone. Ita Lucianus de Astrologia: *Apud Delphos virgo prædicen-*



di munere fungitur, & cœlestem virginem denotat: Ac Draco sub tripode vocem edit, quoniam & inter stellas draco conspicitur. Tripodem Apollini sacrum esse constat ex Homeri carmine, τ᾽ατ᾽ ἐοντα, τ᾽ατ᾽ ἐατὸμενα, προτ᾽ ε᾽οντα. scilicet propter notam ipsi temporum diuersitatem, præteriti, præsentis, & futuri. Eius figuram originem historiamque totam repetas ex Diodoro Siculo, *Biblioth. lib.* XVI. Laurum Apollini pariter consecratam fuisse credidit antiquitas post Daphnes metamorphosim. Ita Palæphatus, de incredibilibus, *de Daphne. Statim planta prosiluit; in cuius amplexus ob amoris vehementiam ruens Apollo, nullis machinis resistere potuit nascenti arbori; sed manus illius iam continebantur arbore, ac caput tandem frondibus ornabatur*. Rationem addit Martianus Capella l. 7. de nuptijs Philologiæ. *Delius quoque Apollo vt ramale laureum gestitat diuinatrice eadem coniecturalique virga volucres ac fulgurum iactus ac ipsius meatus cœli commonstrabat*. Equidem Laurus μαντικὸν φύτον a Græcis dicta est; *venturi præscia Laurus*, a Claudiano. Fulgentius lauri folia si noctu puluino subjecta fuerint, veritatem somniorum conciliari ait: quod & Alciatus ita confirmare videtur

Præscia venturi laurus fert signa salutis,
Subdita puluillo somnia vera facit.

Δαφνοφάγοι vates dicebantur, laurum mordentes, quo sibi ἐνθουσιασμὸν procurari putabant. Nonne breuius esset laurum Apollini tribui, indicandæ cui cum filio Asculapio præerat, medicinæ? Vt enim odoratissima ita & saluberrima est. *Desiccat*, inquit, Galenus l.6. simpl. med. *calefacitque, attenuat, aperit, prouocat, incidit, emollit, digerit,*

flatus

flatus pellit. Omnes deinde plantæ Apollinem ſeu Solem venerantur, vnde ille apud Ouidium,


> *Inuentum Medicina meum eſt, opifexque per orbem*
> *Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.*

At cur cithara in ipſius manibus? Poeſeos muſicæque parentem illa deſignat. Nec tacebo Anacreontis diſtichum ode LVI. ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΑ

> Ιερόν γὰρ 'εςι ΦΟΙΒΟΥ
> Κιθάρη, δάφνη, τρίπυστε.

Nam ſacra ſunt Apollini, Cithara, laurus & tripus, Georg. Cotinus *de orig. Conſtantinopol.* Κιθάραν ἐπὶ χειρῶν πλάττυσι τῦ Απόλλωνος, ὁιωνει τῦ ἡλίυ, διὰ τὸ ἐιναι αὐτὸν ἄιτιον τῆς τῦ παντὸς ἁρμονίας. *Citharam manibus tenere fingunt Apollinem ſeu Solem, quoniam is autor eſt conſonantiæ omnium rerum*. De hoc ſcribit Arnobius lib. VI. *Cernitur cum plectro & fidibus Delius Cithariſta, genus ſeruans cantaturi & nænias hiſtrionis.*

HADRIANVS AVG. COS.III.P.P. *Caput Hadriani:*
Pons.



Explicat hunc nummum Spartianus paucis verbis: *Fecit & ſui nominis pontem & ſepulchrum iuxta Tiberim*. Ille eſt qui Pons Ælius etiamnum nuncupatur, vulgo *Ponte S. Angelo* ad molem Hadriani, *Caſtello S. Angelo* dictam.

HADRIANVS AVG. COS.III. P.P. *Caput Hadriani.*
Hercules ſacrificans.

Id. *cum quinque figuris* quarum ſignificationem eripit eroſio nummi.

HADRIANVS AVGVSTVS. *Caput Hadriani.*
Hercules & Pallas, arbore intermedia.

KAI-

ΚΑΙΣΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ. CÆSAR OLYMPIVS HADRIANVS. Caput Hadriani.
ΕΦΕΣΙΩΝ. EPHESIORVM. *Templum Dianæ.*



Sit hic typus pro appendice templi Ephesij inter septem orbis miracula numerati. Erat illud omnium vt celeberrimum sic & augustissimum, totius Asiæ studio, ducentis & vigenti annis ædificatum: Eius longitudo pedum erat CCCCXXV. latitudo CCXX. In eo fuerant CXXVII. columnæ a totidem Regibus erectæ, admirabilis pulchritudinis. Aderant & picturæ mirificæ, & pulcherimæ statuæ: omnia tandem ab Herostrato Ephesio incensa fuere, vt cùm ingenij præstantia non posset, sibi perpetuitatem nominis compararet; eo prorsus die quo natus est Alexander M. vnde Hegesiæ exclamatio, Dianam extinguendo sui templi incendio vacare non potuisse, Alexandri natalibus occupatam. Plura apud Plutarchum *in vita Alex.* Strabon. l. 14. Plin. l. 36. c. 14. Nummum hunc alter illustrat etiam ex maximo modulo faciebus auersis Hadriani & Ælij conspicuus, cum hac epigraphe, ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΣ, ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ, cuius alteram partem occupat idem prorsus typus seu Dianæ templum ΕΦΕΣΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hadriani ἐπίθετον quod spectat, ΟΛΥΜΠΙΟΣ ille sæpe dictus est in nûmis, imò & marmoribus quòd Olympici Iouis templum perfecisset & dedicauisset, referente Pausania, lib. 1. Effossa nuper fuit Smyrnæ basis cui statua insederat cum hac epigraphe:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΙ	Imperatori
ΑΔΡΙΑΝΩΙ	Hadriano
ΟΛΥΜΠΙΩΙ	Olympio
ΣΩΤΗΡΙ	Seruatori
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΙ	Et conditori

Ea autem vt hic ſcripta legenda eſt, non vero, qualis a Th. Reineſio [viro tametſi de R.P. litteraria optimè merito] deſcribitur pag. 1020. ΟΛΙΜΠΙΩΝ quippe putat eſſe, & ad ludos referri, quod ex cœteris inſcriptionibus corrigitur, conſtanter ΟΛΥΜΠΙΩ cum I ſeu puncto ſubſcripto, vt in maiuſculis characteribus ſolent Græci, referentibus.

ΗΛΕΙΩΝ. ELIORVM. *Corona ex oleaſtro.*



ELIS fuit vrbs Eliæ, regionis maritimæ inter Achaiam & Meſſeniam, de qua Strabo, *lib.* 8. & Stephanus *de vrbibus*. Homeri temporibus nondum condita. Ἦλις δὲ νῦν πόλις οὔπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο. Coronam quæ pro typo eſt, videtur explicare Plinius, lib. 4. cap. 5. *Inde ELEORVM ager qui antea Epei vocabantur, ipſa ELIS in mediterraneo, intus delubrum Olympij Iouis, ludorum claritate faſtos Græciæ complexum*. Eiuſdem Iouis Olympij *ſimulacrum nobiliſſimum Phidiæ opus ibi colebatur*, teſte Mela, lib. 2. cap. 3. *cui Dionyſius tyrannus aureum detraxit amiculum, grandi pondere, quo Iouem ornarat Gelo: cauillatus æſtate graue eſſe amiculum aureum, hyeme frigidum, pro quo laneum pallium iniecit omni tempore commodum*. Ita Cicero, de natura Deorum, lib. 3. Ab iſto Ioue Olympio ludis nomen datum, quorum fama adeo percrebuit, vt ab is Græci ſicut a Conſulibus Romani annos computarent. Quoniam enim quinto quoque anno celebrabantur, hoc temporis ſpatium *Olympias* dictum eſt. *Olea ſeu oleaſtro coronatos fuiſſe Olympiæ victores* docet Plinius l. 35. c. 4. *quibus ibi vincere glorioſius erat quàm Romæ triumphaſſe: Præterea omnium qui Olympiæ viciſſent ſtatuas dicari mos erat*, inquit idem Plinius, l. 34. c. 4. Olympionices illi nuncupabantur. Scribit Theophraſtus coronas

Olym-

Olympiæ fieri ex Oleastro : Κότιτον δὲ τὸν ἐν ὀλυμπίᾳ ἀφ' οὗ στέφανος Quidni & ipsa ob vocis affinitatem electa ? Oliua enim ἐλαῖος a Græcis nuncupatur, non multum ab vrbis nomine discrepans. Famosam hanc *coronam*, & quam *pulcherrimam* nuncupat Pausanias, Καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος, Hadriano Imperatori cum nummo oblatam verisimile est. Iuuat profecto Pausaniam legisse hæc scribentem lib. VI. *Hunc currendi morem Nemiacis & Isthmicis ludis intermissum, Argivis restituit Hadrianus Imperator, eumque hibernis Nemeorum ludis celebrari iussit.* Ἐκλειφθέντα ἐκ Νεμείων τὲ καὶ Ἰσθμίον αὐτὸν, Βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐς Νεμέιων ἀγῶνα τῶν χειμερινῶν, ἀπέδωκεν Ἀργέιοις. Cœterùm teste Stephano, dicitur ΗΛΕΙΩΝ vt in nummo, atque etiam Ηλιειων.

ANTINOVS.

ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ Η ΠΑΤΡΙΣ. ANTINOVM DEVM PATRIA, vt opinor venerabatur. *Caput Antinoi.*

ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ. BITHYNIENSIVM HADRIANORVM: *Mercurius sub habitu pastoris, vacca, arbor, stella.*



Vterque hic Antinoi nummus noster fuit, amplissimæ molis, maximi ideo ponderis, & pretiosissimus est. Vtrumqne scalpi curaueramus in Thesauro, pag. 106. & 107.

ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΟΣ ANTINOVS HEROS. *Caput Antinoi.*

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. SMYRNÆIS POLEMON POSVIT. *Bos.*

Antinoi epitheto attendamus: HEROES dicebantur à Græcis qui apud Romanos DIVI & CONSECRATI. Qua ratione DIVVS IVLIVS a Dione, *lib.* 77. ΗΡΩΣ ΙΟΥΛΙΟΣ scribitur. Scilicet HEROES

nuncupabantur qui supra humanam sortem constituti audiebant. Nonne ipsa Venus suum Adonidem appellauit HEROEM, apud Ouidium, *metam. lib.* 8. *Nobis Cinyreius HEROS*. Heroas etiam dixerunt κατ' εὐφημισμὸν defunctos, prorsus vt Græci alij μακαρίτας seu *beatos*. Lex erat antiquissima æternæque autoritatis in Attica, *Venerandos esse Deos, atque HEROAS patrios & indigenas, publicè secundum patrias sanctiones, priuatim verò bonis verbis, frugum primitijs, libis annuis, pro facultatum modulo*. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀττίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, θεὸς τιμᾶν καὶ ΗΡΩΑΣ ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένοις νόμοις πατρίοις ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίας καὶ ἀρχαῖς καρπῶν πελάνοις ἐπετείοις. Hæc Draco seuerissimus legislator post Triptolemi institutum renouauerat, Olymp. XXXIX. vt tradit Porphyrius, *lib.* 4. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. Eo prosus honore catamitus hic impellente Hadriano sæpissimè decoratus est in nummis, quos eo consecrato, eius memoriæ dicauerunt Achiui, Amiseni, Ancyrani, Arcades, Bithynienses, Byzantini, Calchedonienses, Corinthij, Hadrianothuritæ, Iulienses, Nicomedenses, Smyrnæi, Tarsenses, & Tiani. De typo atque Polemone, dictum est *in Thesauro*.

ANTONINVS.

ANTONINVS AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXIII. *Caput Antonini.*
COS. IIII. *Imperator fulmen dextra tenens, in curru triumphali a quadriga vecto.*






Romanos egregium adulandi morem a Græcis edoctos fuisse nullus in eorum historia versatus dubitabit. Quid, quæso, aut ingeniosius, aut superbius, Imperatoris Antonini cum Ioue comparatione? Vterque

que optimus censebatur, vtrumque PIVM monumenta declarant: Homini fulmen tribuitur, quod Deo epithetum ΚΕΡΑΥΝΙΟΥ & ΚΕΡΑΥΝΟΦΟΡΟΥ Fulminatoris, & Fulmen gerentis conciliauerat. Ædem TONANTIS IOVIS in Capitolio extruxerat Augustus, referente Suetonio; Illius etiam mentionem facit Dio, L. IV. & fragmentum Ancyranum: ÆDES IN CAPITOLIO IOVIS FERETRII ET IOVIS TONANTIS &c. Diocletianus nummos percussit IOVI FVLGVRATORI atque etiam IOVI FVLGERATORI. Sibi profectò persuadebant Imperatores in terris esse, quod Iupiter in coelis.

IMP. CÆS. T. AEL. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS.

Caput Antonini.

Auersus nummus nullam habet inscriptionem.



Vrbis primordia indicare videtur illustris hic nummus, cuius similem me vidisse memini in omnium locupletissimo Regis Christianissimi cimeliarchio. Æneas Anchisem humeris gerens. Templum seu azilum in quod incensa Troia recipere se videtur, futuram Romam forte denotat. Arborem, Ficum esse Ruminalem opinor, de qua sic Ouidius l. 2. Fast.

Arbor erat, remanent vestigia, quæque vocatur
Romula, nunc ficus, rumina ficus erat.

Sus cum procellis Lauinij extruendi omen fuit quod Romanæ gentis primum exstitit in Italia fundamentum. Altæ denique turres & moenia, ampliatam & locupletatam vrbem indicant, vt verius Augusto, prædicare potuerit Antoninus, *Lateritiam repperi, marmoream relinquo.* Hoc itaque vno nummo multorum typi comprehenduntur

duntur, quos videre est in opere nostro de Numismatibus ex ære mediæ & minimæ formæ.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. *Caput Antonini.*

. . . . . ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Iupiter sedens*. Populi qui nummum cusit nomen eripit erosio, quod ab integriori, si occurrat, reparabitur.

ΑΥ. ΚΑ. ΤΙ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΕΥΣ. IMPerator CÆSar Titus ÆLius ADRIANVS ANTONINVS PIus.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ. EPHESIORVM PRIMORVM ASIÆ.



Diana polymamma inter Victoriam & Isidem.

Dianam hanc mirè explicat D. Hieronymus, epistolam D. Pauli ad Ephesios explicans: *Scribebat*, inquit, *ad EPHESIOS Dianam colentes, non hanc venatricem quæ arcum tenet atque succincta est, sed illam multimammam, quam Græci* πολύμαστον *vocant, vt scilicet ex ipsa quoque effigie mentirentur omnium eam animantium esse nutricem*. Calathus eius capiti impositus est, floribus frugibusque refertus. Inde παιδοτρόφος *puerorum nutrix* dicta est. Inde tot mammæ, fœcunditatis & abundantiæ signa. Cerui Dianæ velocitatem exprimunt, seu illam vt venatricem intelligamus, seu Naturam, *nunquam cessantem* inquit Galenus, l. 3. Meth. *sed operi suo semper intentam*.

M. AVRELIVS.

AVRELIVS CÆSAR ANTONINI AVG. PII FIL. *Caput Aurelij.*

TR. POT. III. COS. II. *Apollo stans arcum sinistra tenens, intra tripo-*

tripodem cui serpens intortus est, & mensam super quam vasculum conspicitur. Pone eam laurus est, in cuius ramo coruus.



In hoc exiguo typo describuntur omnia ferè quæ ad aruspicinam seu diuinandi artem pertinent. Apollo hic pro Delpho est, de quo Plinius l. 7. c. 56. *Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auium Tiresias inuenerunt*. De tripode, serpente, & lauro supradictum est pag. 55. Coruus in Apollinis tutela erat, & *comes tripodum* a Statio, *l. 3. Thebaidos* nuncupatur: Sacrum illum Apollini fuisse memorant Plutarchus, *de Iside*: & Porphyrius.

Et commilito volucris Coruinus adeptus
Et spolia & nomen, qui gestat in alite Phœbum.

Ita Manilius, l. 1. Coruum autem læta significare, cornicem verò infausta, docet Phœdrus, apud quem Iuno,

Fatorum arbitrio partes vobis sunt datæ
Tibi forma, vires aquilæ, luscinio melos,
Augurium coruo, læua cornici omina.

Vas etiam procul dubio ad sacrificium & auguratum pertinet.

M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. TR. P. XXII. *Caput M. Aurelij.*

COS. III. *Victoria columnæ innixa coronam dextra tenens, palmam sinistra.*

Rectè profectò germana illa pictorum Poetarumque commenta, Victoriam finxere pennatam, quòd hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus: Hæc Latinus Pacatus, *in Paneg.* Interdum tamen ἄπτερος *alis carens* depicta est. Vt legitur in Anthol. l. 4. c. 21.

Ῥώμη

Ρώμη παμβασίλεια, τεόν κλέος ὔποτ᾽ ὀλεῖται
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος ᾧ δυύαται.
Roma omnium Regina, tuum decus nunquam peribit,
Victoria enim te effugere sine alis non potest.

Palmam continuo gerit Victoria ἴδιον σύμβολον, victorem quam tenet laurea corona coronatura. Columnæ innixa est, firmitatem & securitatem demonstrans. Quæ omnia Germanorum, Sarmatarum, Orientisque victori M. Aurelio apprime conueniunt.

AVRELIVS CÆSAR AVG. PII F. TR. P.II. COS. II.
Iupiter dextra auem tenens, iuxta aram, absque inscriptione.
ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. *Caput M. Aurelij*.
ΟΜΟΝΟΙΑ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ: CONCORDIA LAODICENSIUM ET SMYRNÆORVM. *M. Aurelius inter Iouem* φιλαλήθην seu veritatem amantem, *&* *Nemesin*.





Egregiè stat Philosophus Imperator inter Iouem veritatis amatorem & Iustitiæ filiam: Ille φιλαλήθης a Laodicensibus colebatur, quorum in nummis sæpè scalptus est, veri soliusque Dei ἐπίθετον sibi tribuens, *Ego sum via, VERITAS, & vita* (Ioan. cap. XIV.) Nummus Augusti eumdem refert togatum, aquilam destra tenentem, cum hac inscriptione ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ ΛΑΟΔικεων. Ad cuius fortassis imitamentum Philosophi quidam apud Laertium, lib. I. se φιλαλήθεις amatores veritatis nuncupabant. Nemesis verò Smyrnæorum Numen Dea censebatur, *vltrix facinorum impiorum, bonorum præmiatrix, arbitra rerum, regina causarum.* De ea ita cecinit Antimachus:

Εστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος.

Est

Est Dea quam Nemesin dicunt: Dea magna potensque.
Quæ bona cœlestum concessu cuncta Deorum.
Possidet &c.

Eiusdem M. Aurelij nummus exstat ex maximo modulo in Christianissimi Regis Thesauro, cuius auersam partem occupant Iupiter φιλαλήθης & Diana Ephesia cum his characteribus, ΟΜΟΝΟΙΑ ΛΑΟΔΙΚΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ, istorum populorum fœdus aliquod innuentes, vt hic noster Laodicensium & Smyrnæorum. Quin & alterum vidimus Pergamenos & Laodicenses celebrantem, stantibus & dextras iungentibus, Ioue eodem veritatis amatore & Æsculapio, sic inscriptum, ΟΜΟΝΟΙΑ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Interdum autem Græciæ ciuitates fœdus inter se inibant, vt patet tum ex frequentissimis nummis a Cl. Sponio allatis in suis itineris Relationibus, tum ex duabus columnis inter Arundelliana marmora a Seldeno explicatis, in quibus fœdus Smyrnæorum & Magnetum ad maiestatem Seleuci Callinici Asiæ Regis tutius conseruandam, anno ante D. N. I. Christi epocham CCXLIV. scriptum erat.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ . . . . ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ . . . MAGNETVM AD SIPYLVM . . . . HERACLIDIS . . . .

Cybele sedens inter duos leones. Inscriptioni suppleri potest ΕΠΙ ΣΤΡ. SVB PRÆTORE, cum aliquo prænomine,





Magnesia duplex est, altera ad Mæandrum Phrygiæ amnem celeberrimum, de qua Strabo l. 12. & 13. & Stephanus περὶ πόλεων. Altera in Lydia, de qua Ptolemæus, l. 5. c. 2. & T. Liuius l. 37. c. 44. Hæc ad montem Sipylum sita est, quem vt Deum coluisse testatur nummulus meus, in cuius facie caput barbatum exponitur his characteribus insignitum

ſignitum, ΣΙΠΥΛΟΣ, SIPYLVS, in auerſa Æſculapius, ΜΑΓΝΗΤΩΝ, MAGNETVM. *Magneſia ſub Sipylo, a Romanis libera iudicata eſt*, inquit Strabo, lib. 13. Typum explicat D. Auguſtinus, de Ciuit. Dei, cap. 24. *Eamdem dicunt Matrem Magnam: Quòd tympanum habeat ſignificari eſſe orbem terræ: quòd turres in capite, oppida: quod ſedes fixa ſit cum omnia moueantur, ipſam non moueri.*

ΑΥ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. IMP. M. AVR. ANTONINVS. *Caput M. Aurelij.*

ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚορων ΠΡΩΤων ΑΣΙΑΣ. EPHESIORVM NEOCororum PRIMorum ASIÆ. *Dianæ Epheſiæ ſimulacrum, inter ſtantes M. Aurelium & L. Verum.*

Diuos Fratres exhibet rarus hic nummus, rerum Dominos, toties a Iuris-conſultis celebratos. EPHESII NEOCORI PRIMI ASIÆ inſcripti ſunt: De Epheſo eiuſque Diana, ſupra dictum eſt. NEOCOROS, ædituos intelligamus, quibus ſacrorum, templorum, ludorumque publicorum cura erat commiſſa. Ad ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ intelligentiam memorandus venit locus Procopij de Cæſarea Mauretaniæ agentis, de ædif. l.5.c.4. ex quo *METROPOLEOS dignitatem aſſecuta eſt, ita enim PRIMAM* gentis vrbem vocant Romani: Ἐξ οὗ δὴ καὶ εἰς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ἀξίωμα ἦλθεν, οὕτω γὰρ πόλιν τὴν ΠΡΩΤΗΝ τοῦ ἔθνους καλοῦσι Ρωμαῖοι: Ita Tyrus ΠΡΩΤΗ Φοινίκων, PRIMA Phænices apud Eunapium, Philippi πρώτη partis Macedoniæ & in nummo Regio ΠΡΩΤΗ ΛΕΣΒΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΗ, PRIMA. Lesbi Mytilene: Neque tamen ſemper idem ſignificat METROPOLIS & PRIMA: vox illa caput gentis, hæc primatum in ludis & certaminibus ſacris, qui per vices ad plures tranſibat, vnde frequens apud nobiliores ciuitates oriebatur diſſidium, vt liquet ex Dione Chryſoſt. Ex quo apparet vno & eodem tempore multas fuiſſe ΠΡΩΤΗΣ ſiue PRIMÆ titulo gaudentes, Epheſum, Pergamum, Smyrnam, Nicomediam, Nicæam, cum tamen vna cuiuſque gentis dicta ſit metropolis, niſi diuerſis temporibus. Per Aſiam autem non intelligamus quartam orbis terrarum partem, aut Aſiam minorem ſeu Natoliam, ſed Aſiam pro Conſularem ſeu Lydianam, cuius Epheſus & Smyrna præcipuæ erant ciuitates.

FAVSTINA *filia*.

FAVSTINA AVGVSTA. *Caput Fauſtinæ.*

Cybele inſidens leoni currenti, abſque inſcriptione.

Nummum hunc ex Reginæ Chriſtinæ gaza deſcripſit Ill. Spanhemius, de præſt. numiſm. p. 624. Porro non ſatis conſtat cur Cybele ſedenti leoni inſideat: Equidem docet D. Auguſtinus l. 7. de ciuit. Dei, c. 24. Leonem inſeruire Matri Deum *ſolutum ac manſuetum, vt oſtendant eſſe nullum genus terræ tam remotum ac vehementer*

ter

ter ferum quod non subigi colique conueniat. Sed hoc mihi non satis est. Lepidum epigramma legitur in anthol. græca *l*. 1. de ex-



positione sigilli, in quo scalptus erat Amor sedens super leonem, qui cùm agrestes feras domare soleat, paucis mansuetis parsurus est. Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον, καὶ τ. λ. Cl. Sponius amicus noster emeritus censet esse Deam CÆLESTEM cuius inscriptiones explicat sect. 3. Miscellaneorum eruditæ antiquitatis, CÆLESTI AVG. & BONÆ DEÆ SANCTISSIMÆ CÆLESTI, & INVICTÆ CÆLESTI: Equidem Tertullianus, in Apologetico: *Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est, vt Syriæ Astartes, vt Arabiæ Dysares, vt Norici Belenus, vt Africæ CAELESTIS*. Hanc eandem esse cum Iunone idem Tertullianus comprobat: *Illa*, inquit, *Virgo CAELESTIS pluuiarum pollicitatrix*, quod Iunonis erat munus. Ad nummum propriùs attingunt Appuleij verba, l. 6. metam. *Magna Iouis germana & coniux, siue tu Sami, quæ querulo partu vagituque & alimonia tua gloriatur, tenes vetusta delubra: siue celsæ Carthaginis, quæ te Virginem vectura Leonis cœlo commeantem percolit, beatas sedes frequentas*. Plura ab eodem ibidem relata sunt, vt ex Herodiano l. 5. *Carthaginenses* οὐρανίας siue CÆLESTIS *numen a Didone Phœnissa accepisse*, & Lunam credi, Ἀστροάρχην, quasi *syderum rectricem*, vel *cœli reginam*. Eandemque esse ac Deam Syriam quæ simili modo Leoni insidens in nummis Hieropolitarum pingitur ΘΕΑΣ ΣΥΡΙΑΣ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ; vt in nummis Seueri & Caracallæ, INDVLGENTIA AVG. IN CARTHaginenses.

VERVS.

ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. COMMVNITAS EPHESIORVM ET LAODICENSIVM. *Iupiter ſedens coram Diana Epheſia.*



Typi adſunt vtriuſque populi, Diana vbicunque terrarum adorata, cultu ab Epheſijs deducto; & Iupiter ille veritatem amans, ſeu Φιλαλήθης. Veri ſoliuſque Dei ἐπίθετον ſuo Ioui tribuerant ingenioſiſſimi Tralliani. Trallis vrbs erat Lydiæ iuxta Mæandrum, quæ priùs dicebatur Anthia, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη inquit Stephanus, *quòd multi flores illic naſcerentur.* Trallianus fuit Alexander medicus celeberrimus, qui experimenta longo vſu ex morbis collecta XII. libris complexus eſt.

ΟΜΟΝΟΙΑ ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ. CÒNCORDIA MILESIORVM EPHESIORVM, *Venus & Diana.*

Communitates eiuſmodi & fœdera plura Nummi antiqui exhibent. Qua de ratione Mileſij & Epheſij conuenerint, præter viciniæ rationem determinare nequeo. Venus illis pro ſymbolo erat, vt his Diana. Venerem autem non intelligamus cœleſtem quæ Οὐρανία nuncupabatur alibi cultam, ſed e maris ſpuma prognatam qualem Anadyomenen pinxit Apelles, exemplari ob admirationem formæ, ſumpto a Campaſpe nuda, Alexandri M. dilecta amaſia, quam ab eodem, dono acceperat: Hæc Plinius l. XXXV. c. X. *Venus nuda ac aperta depingitur, ac ſi dicas illam publicare ac diuendere meritorij corporis formam*, inquit Arnobius lib. VI. Rationem reddit Ouidius in epiſtola Didonis ad Æneam,

— *quia*


——— *quia mater Amorum*
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

ΚΟΙΝΟΝ ΟΜΟΝΟΙΑ . . COMVNITAS, CONCORDIA.


. . . . . . *Æsculapius & Diana Serasorum characterum significationem supplere videntur: Ille quippe Pergamenorum numen erat præcipuum, hæc Ephesiorum.*



Docet Appianus ædem Æsculapio sacram magnificentissimè ædificatam fuisse à Pergamenis. Quod etiam Lucianus *in Icaromenippo* confirmat: Εν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ασκλήπιος κατεσήσατο. Egregiam eius inscriptionem hic repetere liceat in columna Messinæ inuenta.



in auersa parte



COMMODVS.

ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΟΔΟΣ.

ΕΠΙ ΣΤΡατηγȣ Πȣβλιȣ ΛΙΠΙΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ ΟΜΟνοια ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ. SVB PRætore Publio LIPIO. COMMVNITAS CONCORDIA PERGAMENORVM ET EPHESIORVM.
Duæ figuræ, stantes quarum vna Æsculapium dextra tenet, altera Dianam Ephesiam.

Vterque populus suis stipatus Numinibus non communitatem so-

lum & Concordiam designare videtur, sed & aliquod fœdus religiosè sancitum. Præclarum exemplum Q. Cincinnati Dictatoris præ-



bet T. Liuius, his verbis: *Adeste Dij testes fœderis, & excipite pœnas debitas, simul vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis.* Mihi certè hic videtur iurare vtriusque populi Genius, fideique suæ testes adducere Æsculapium & Dianam, sacros suos protectores. An illi sub persona Herculis & Commodi repræsententur? hic enim alter Hercules æstimari cupiebat. Et hic nummus inter pretiosiores Emin. Cardinalis Carpegna celebratur, qui non Iunonem Pronubam, vt scripsit amicus quidam meus, sed Æsculapium pro Pergami symbolo certè designat.

ΑΡΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜ. C

. . . . ΑΔΡΙΑΝΩΝ . . . ΖΚΕ. HADRIANORVM. *Æsculapius baculum tenens cui intortus est serpens, a sinistris adest Telephorus.* Anno DXXVII.

De Æsculapio supra diximus. Adstans ipsi Telesphorus lingonico bardocucullo, vt cum Martiale loquar, ornatus a Pergamenis etiam cultus erat, ab oraculo sic nominatus, de quo Pausanias lib. 2. Ευαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύȣσιν. Ει δε ὀρθῶ ἱκάζω τὸν ευαμερίωνα τȣ̃τον Περγαμενοὶ Τελεσφόρον εκ μαντεύματος, Επιδαυριοι δὲ Ακεσίον ὀνομάζȣσί.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΚΟΜΟΔΟΣ.

ΚΥΜΑΙΩΝ, ΕΠΙ . . . ΚΟΡνηλιȣ ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. CVMEORVM SVB . . . CORnelio LOLLIANO. *Iupiter sedens, exiguum Victoriæ simulacrum tenens.*

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΑΥΡ. ΚΟΜΟΔΟΣ ΣΕΒ. *Caput Commodi*.

ΑΔΡιανης ΚΟΜΟΔΙΑΝΗΣ ΤΑΡσου ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΔΥΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ, ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑΣ. HADRianeæ COMMODIANAE TARſi METROPOLEOS BIS NEOCORAE, COMMVNITAS CILICIAE. *Duo templa*.





Spectabilis eſt hic Nummus duorum Imperatorum nominibus inſcriptus, Hadriani & Commodi, a quibus Tarſus aut reſtaurata aut ornata fuit. Vtriuſque autem nummi plurimi exſtant a Tarſenſibus cuſi: Quaſi quæ tot conditores habuiſſe iactitabat, Apollinem, Herculem, Mineruam, Minoa, Perſeum Danaes filium, & Aſſyriorum Regem Sardanapalum, tot etiam inſtauratoribus exultauerit: Nummum quippe poſſidemus Alex. Seueri, cum hac inſcriptione ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡ. ΑΔΡ. ΣΕΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡ. TARSI METRopoleos HADRianeæ SEveræ ALEXANDRinæ.

CRISPINA.

CERES *ſedens facem tenens*.

Vt Imperatoribus Romanis ſolitum fuit ſe Ioues nuncupare, ſic eorum vxores etiam Iunones ſe ſæpe nuncupari iuſſerunt, vt ex pleriſque nummis patet. Atque vt illi Martis, Apollinis, Herculis, aliorumque ornamentis & nominibus interdum illuſtrabantur, ſic Auguſtæ, Cybeles, Cereris, Dianæ, Veneris, Fortunæ, aliarumque Dearum attributa ſibi vindicabant, ſcilicet vt maieſtatem ſuam religione iſta aſſertam, populis adorandam demonſtrarent. Ceres accenſam facem tenet, qua Proſerpinam à Plutone raptam quæſiſſe ſignificaretur. Ita Cicero, in Verrem: *Proſerpinam cùm inueſtigare & con-*

& conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas ijs ignibus qui ex Ætnæ vertice erumpunt, quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrasse terrarum. Inter Deas relatam eam docet Plinius, l. 7. c. 56. *Ceres* docuit *frumenta cum antea glande vescerentur eadem molere, & conficere* panem, *in Attica, Italia & Sicilia*; *ob id, Dea iudicata*. Sæpe sunt in ipsius manibus spicæ papauerque, magnæ fœcunditatis symbola, vt loquitur Porphyrius de præpar. Euangelica l. 3. c. 11. τῆς πολυγονίας σύμβολον.

SEPT. SEVERVS.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΣΕΠ. ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΠΕΡ.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΠ . . . . HYPAEPENORVM SVB . . . . *Templum in quo simulacrum Deæ, siue sit Diana siue Venus*.



Dianam Persicam Hypæpis cultam fuisse docet Pausanias, *lib.* 5. At ibi etiam Venus. ΥΠΑΙΠΑ πόλις Λυδίας κτισθεῖσα ὑπὸ τὸ παρακείμενον ὄρος. *HYPÆPA vrbs Lydiæ ædificata ad adiacentem montem* (scilicet Tmolum) Καλλίστας ἔχειν γυναῖκας τὴν πόλιν, δῶρον Ἀφροδίτης. *Vrbs hæc pulcherimas habet mulieres, Veneris donum*. De ea Strabo, l. 3. Ptolemæus, l. 5. Ouidiusque l. 6. & l. 11. metam. eam continuò *paruam* nuncupans. Crederem vtriusque numinis vultum expressum esse, quin & Isidis cuius cultus iam per totam Asiam propagatus erat. Nonne apud P. Seguimum Dictatorem olim nostrum; Iupiter, Hammon, Pluto, Serapis, Sol, Osiris, Æsculapius, Nilus & forte alij in vno Antonini Pij nummo expressi sunt? Abunde perspectum est nummorum elegantiam & Numinis & Imperatoris maiestatem

vno vultu non rarò comprehendere. Hypepam Iuliæ Seueri vxori nummum cum templo & numine conseruasse scripsemus in numismatibus ex ære mediocri, *p.293*.

CARACALLA.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *Caput Caracallæ*.

OLYMPIAS REGINA. *Iacens in lectulo inter duos angues*.

Incertos facit Antiquarios hic typus: Alijs Olympiadem Reginam Philippi vxorem cum serpente ludentem censentibus: Alijs sanitatis seu Hygiæę lectisternium esse, alijs aliud dicentibus: Certum est eundem typum in multis Imperatorum nummis occurrere, Neronis, Traiani, Caracallæ, aliorumque.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΗΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. PERINTHIORVM BIS NEOCORORVM. *Hercules sacrificans ad aram, super quam volitat aquila*.



Herculem quasi pro salute Imperatoris Caracallæ vota facientem exhibet hic nummus; nisi ipsum Imperatorem sub persona Herculis latere censeamus. Mos quippe iste frequens erat apud Antiquos. Possunt etiam sub eadem figura seu Genio suo intelligi Ciues Perinthij. Hercules autem, Amm. Marcellino teste, l. 22. c. 12. *Conditam Perinthum, comitis sui Perinthi Epidaurij memoriæ dedicauit*. Et l.27.c.9. eamdem à posteris *Heracleam* seu *Herculeam* exinde dictam. Hæc in ora Propontidis sita, hodie *Pera* nuncupatur.

ΑΥΡ.

ΑΥΡ. Κ. Μ. ΑΥΡΗΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. PERINTHIORVM NEOCORORVM ACTIA PYTHIA. *Duo templa, & in superiori parte nummi, duæ vrnæ è quarumquaque prodit palma.*

Perinthiorum ludos Actios & Pythios exponunt hi Nummi in honorem Caracallæ & Getæ celebratos, quos quidem explicauit doctiss. Tristanus, quosque in Thesauro scalpi curauimus, p. 117. Refert obseruare Byzantium, quòd Pescennio Nigro fauisset, suis priuilegijs priuatum fuisse, translatis illis, iubente Seuero, in Perinthum, cuius quidem nummos habemus frequentes Imperatoriam eius familiam celebrantes.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΗ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ. IMPerator Cæsar Marcus AVRelius SEVErus ANTONINVS AVGustus. *Caput Caracallæ.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ . . . . . ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΥΡ. ΑΝ. ΣΕΒ. PERGAMENORVM PRIMORVM (*Asiæ*) TERTIVM NEOCORORVM . . . . . sub ATTALO: Addidit Cl. Sponius ΕΠΙ ΧΑΙΡΕΑ.

Tria templa in quorum peristylijs AVRelio ANtonino AVGusto, forte *sacra.*





Vt mole amplissimus & viridi ærugine obductus est hic olim noster Nummus, sic inscriptione & typo pretiosissimus censendus venit. Ei non valde dissimilem explicauerat Ill. Tristanus, atque eius intelligentiæ quidpiam adiecisse gloriamur, *in Thesauro p.* 118. quod hic repetere superfluum foret.

ΑΥΤ.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ. IMP. C. M. AVR. ANTONINVS AVG. *Caput Caracallæ*.

. . . . ΤΩΝΙΔΟΥ ΕΤΟΥ . . . . ΔΙΟΣ ΙΕΡΕΙΤΩΝ . . . . . . DIOSHIERITARVM. *Æsculapius & Hygiæa*.



Parentem & Filiam exhibet hic nummus, Medicum & Sanitatem, numina ſæpe ab Imperatoribus inuocata: Quid enim eſt imperium, quid cœtera aut naturæ aut Fortunæ bona, ſi ſanitas abſit? Hæc itaque vt optimum Deorum munus vbique celebratur, quam Æſculapij ſeu Medicorum ope ſibi procurare conebantur. Serpens in vtriuſque manibus viſitur, ſeu vt prudentiæ ſymbolum, quam ſibi ſemper comitem habere debet Medicus, ſeu quòd *Morborum malignitatem deſerant ægrotantes ope Medici, vt ſuam veterem pellem ſerpentes*, ita Theodoretus, ſerm. 7. Credebatur etiam ipſe Æſculapius ſub anguis ſpecie Romam aduectus, peſtem ſanaſſe, quare in inſula Tiberina, famoſo decoratus eſt templo, cuius reliquias Chriſtiano ritu conſecrauerunt noſtri Pontifices, addito D. Bartholomei nomine. De ordinario Æſculapij habitu hæc ſunt Apuleij verba, metam. l. 1. *Diceres DEI MEDICI baculo quem ramulis ſemi-amputatis nodoſum gerit, ſerpentem generoſum lubricis amplexibus inhærere*. Primùm Epidauriæ, Pergami deinde ac Smyrnæ, tandemque per totum terrarum orbem cultus eſt, *Tantus amor vitæ*. DIOSHIERONITÆ a Plinio l. 6. c. 32. in Galatia collocantur, DIOSHIERITÆ verò in Ionia, ib. c. 29. ΔΙΟΣΙΕΡΟΝ πολίχνιον Ιωνίας μεταξὺ Λεβέδȣ καὶ Κολοφῶνος. το ἐθνικὸν Διοσιερίτης. *DIOSIERVM oppidulum Ioniæ, inter Lebedum & Colophonem. Gentile, Dioſierites*. Et hic eſt populus qui nummum cudit. Meminit Ill. Spanhemius p. 906.

K num-

nummi Getæ ex Regia Gallorum gaza, cum epigraphe ΔΙΟΣΕΡΙΤΩΝ oppidi Ioniæ circa Ephesum, vtcunque redarguto Stephano Plinioque: Dubito an rectè, pace tanti viri dictum sit, nummo quippe nostro alijsque quos vidi constanter ΔΙΟΣΙΕΡΙΤΩΝ scriptum est.

Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΠΕΙΟΣ ΑΥΓ. *Caput Caracallæ.*

ΣΑΜΙΩΝ. SAMIORVM. *Duæ figuræ stantes: Opinor Iunonem nuptialem & Isidem velatam.*

Id. fere.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. IMP. C. M. AVR. ANTONINVS,

ΣΑΜΙΩΝ. SAMIORVM. *Hercules.*

Non sola Iuno colebatur a Samijs, aut Isis: Hercules nummi typum ornans id probat. Obseruatione dignum est SAMIORVM nummos inter rarissimos hactenus censitos fuisse, verùm a decennio tantam ad nos copiam fluxisse, vt ijs nullum penè careat cimeliarchium. Me nuper supra ducentos huius sortis adquisiuisse, fauente ἐυτυχία gratè memini.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *Caput Caracallæ.*

Figura virilis nuda equum tenens. Fortè *Athleta.*

Nummus Contourniatus, qui aut Imperatorem vt fortem Athletam, aut certamina publica celebrat.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. LAODICENSIVM NEOCORORVM.
Rhea Iouem infantem sustinens quem recenter enixa, est inter tres Corybantes, adstante Fortuna, decumbentibus hinc inde Fluuijs, Capro & Lyco Laodiceam alluentibus.




Nummus hic & amplissimus & rarissimus est, eruditumque antiquæ superstitionis monumentum. Quæsitam olim eius explicationem

nem ab eius Poſſeſſore , epiſtola typis expreſſa cum hoc titulo ΔΙΟΣ ΓΕΝΕΘΛΙΑ, NATALITIA IOVIS, abundè declarauimus quod hic ſuperuacaneum foret declarare: Hoc addamus , typum eumdem in aliorum Impp. nummis etiam occurrere.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. *Caput Caracallæ.*

ΟΜΟΝΟΙΑ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ ΣΤΡατηγȣ ΓΕΜΙΝΟΥ.

CONCORDIA SMYRNAEORVM & PERGAMENORVM SVB PRAETore GEMINO. *Æſculapius ſtans inter duas Deas ſtantes.*




Pulcherrimus hic nummus Pergamenorum ſymbolum Æſculapium, Smyrnæorumque Nemeſes exhibet; Hæ Iuſtitiæ filiæ cenſentur eos punientes qui felicibus rerum ſucceſſibus nimium eleuabantur: Vnde implacabiles interdum dictæ ſunt, aduerſus ſcilicet temerarios, inſolenteſque homines. Verùm qui ſapienter vtramque fortunam ferre poterant, his nulla eſſe cum Nemeſibus negotia credidit antiquitas. Pennas interdum habent ob celeritatem, rotam, currum & gubernaculum, quia per cuncta elementa labens non homines ſolùm, ſed etiam elementa coniuncta teneat ac ſeruet Iuſtitia. *Plures enim Nemeſes non vnam tantùm venerabantur Smyrnæi, & earum matrem Noctem perhibent*, inquit Pauſanias, lib. VII. Καὶ Θεῶν Νεμέσεις πλείȣς νομίζȣσιν ἀντι μίας. Illis quidem Smyrnæ exſtructum fuiſſe palatium, ſeu templum arguit marmor inter Oxonienſia recenſitum, Κλ. Βάσσος ἀγωνοθέτης ΝΕΜΕΣΕΩΝ ϛρώσειν τὴν Βασιλικὴν. *Claudius Baſſus certaminum Præſes NEMESIVM Dearum palatium tegere &c.* Illinc plures rationes puniendorum impurorum hominum diuinitus

miχti significauerunt, pro varietate peccatorum & arrogantiæ cuiusque. De PRAETore GEMINO silendum mihi necessum est.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. *Caput Caracallæ.*

ΕΠΙ ΑΝτωνιου ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧιερεως Α. ΤΟ. Γ. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. SVB ANtonio RVFO PRÆFecto SACRorum Tertium, CHRYSANTHINA SARDIANORVM. Iterùm NEOCORORVM. *Vas e quo palma, basi impositum.*



CHRYSANTINI ludi Sardis, Lydiæ scilicet metropoli, celeberrimi fuere: Id nominis fuisse impositum censuit Faber, quòd è floribus aureis coronæ sertaue contexerentur, atque præmij loco victoribus, sicut apud Tolosates poëtico agone annuo, argentei præstabantur. Et certè ad Lydorum hystoriam pertinet eos maximam adfectasse famam opulentiæ, & nominibus id suadentibus frequentissimè vsos fuisse. Crœsus inter viros, Chryseis inter muliebria nomina, nonne opes & aurum significant? Pactolus aurum fundens & voluens, nonne Chrysorrhoas & Chrysaoras ab illis dictus est? Chrysopole dicta est herba qua aurum probabant Lydi. Chrysanthij multi dicti sunt, qualis fortasse is fuit qui Chrysanthina certamina instituit. Vt vt sit, eorum mentionem facit Martianus Iuris-consultus l.24. D. de annuis legatis. *Cùm erat certa pecunia id est centum Reipublicæ Sardianorum relicta per quadriennium CERTAMINIS CHRYSANTINI, Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium.* Ex quo quidem obseruandum est Antoninum hunc Diui Seueri filium fuisse Caracallam, cui nummus hic dicatus est. Alium Nummum vidimus ex maximo mo-

modulo cum effigie Alex. Seueri, cui in medio coronæ inſcriptum eſt ΧΡΗΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ & iterum in ære magno Furiæ Tranquillinæ, ΕΠΙ ΙΟΥΑ. ΕΡΜΟΦιλ. ΑΡ. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, cum vrna & palma. Memoratur etiam iſtud certamen in marmore Arundelliano C. Ant. Sept. Publij citharadi victorias enumerante.

Πυβλιος ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΓΕΤΑΣ. Publius SEPTIMIVS GETA. *Caput Getæ.*

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. MYLASEORVM. *Templum in cuius medio ſignum Iouis Labradei bipennem tenentis.*



MYLASA *oppidum eſt Cariæ liberum*, inquit Plinius, quod interdum geminato SS apud antiquos ſcribitur, Strabonem, Plutarchum, Arrianum & Polybium. Dio, Plinius, Pauſanias, Stephanus ſimplici littera vtuntur, quod & Nummus, & accuratius certè, confirmat. Typo attendendum eſt inſolito admodum, nec hactenus explicato: Quos enim interpretantes audiuimus neſcio qua aut templi aut idoli ſimilitudine decepti, ad Dianam omnia referebant, ſolo turbati malleo, pro quo ſecurim, ſeu Amazonum bipennem ex Auguſti nummo reponere non dubitamus. Quippe nobis pro certo eſt, non Dianam Mylaſę coli, ſed Iouem eumque Labradeum dictum, in nummo Hadriani expreſſum cum hac voce ΜΥΛΑΣΕΩΝ, cuius ampliſſimam mentionem facit Plutarchus, in Quæſtionibus græcis, his verbis. *Cur Iouis Labradenſis in Caria ſimulacrum, non ſceptrum aut fulmen, ſed ſecurim elatam tenet? Hercules Hippolytam cum necaſſet, inter alia arma ſecurim quoque eius captam, Omphalæ dono dedit. Lydorum poſt Omphalen reges eam geſtauerunt.*

runt, vt vnam de alijs rebus sacris, successorique; itidem tradita fuit: donec Candaules dedignatus, cuidam sociorum ferendam eam dedit. Post quam verò Gyges, defectione inita, Candaulæ bellum intulit, venit a Mylassensibus Arselis auxiliares Gygi copias adducens, interfecitque, & Candaulen & socium, bipennemque, in Cariam inter alia spolia pertulit, Iouisque adornato simulacro, eam isti in manum aptauit, Labradeumque, nominauit Iouem. Labram enim λάβρυν *Lydi vocant quod Latini securim.* Verba Strabonis coniecturam nostram ita firmant, vt omne planè eleuatum sit dubium; hæc sunt, lib. XIV. *MYLASENSES duo habent templa Iouis, vnum eius quem Osogo dicunt, alterum Labrandenum; illud in vrbe Labranda, pagus est in monte, Hic templum est Iouis antiquum & simulacrum Iouis Stratij seu militaris,* Δίος ϛρατίε, *a circumiacentibus culti, cuius sacerdotium nobilissimi ciuium gerunt per omnem vitam.* Iouis Labradei fontem celebrat Ælianus, *in hist. animalium*, in quo essent pisces mansueti, qui monilibus & inauribus auratis forent ornati cuius etiam meminit Pausanias, *lib.* 8. Quid autem Getam Mylasensesque intercesserit, præter communem populorum erga familiam Augustam, Orientemque Solem cultum, non facile est conijcere.

MACRINVS.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΛ. ΣΕΟΥΗ. ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ. *Caput Macrini.*

ΣΑΜΙΩΝ. SAMIORVM. *Imperator stans inter Iunonem Pronubam & Victoriam a qua coronatur.*



Imperator paludatus a Victoria coronatus Iunonem pronubam a Samijs cultam accedere videtur. Ita Imperatores suos Dijs proximos pinge-

pingebant & celebrabant adulatores Græci. ΣΑΜΟΣ ἐπιφανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος, inquit Stephanus: *SAMVS illustris iuxta Cariam insula, in qua fanum Iunonis ab Argonautis dedicatum fuit*, illuc signo Deæ Argis deuecto: *Samij quippe*, vt apud Pausaniam legitur, *natam in Samo Iunonem tradunt, ad flumen Imbrasum, sub vitice quæ hac ipsa ætate in Iunonis sacro solo ostenditur. Esse verò templum maximè priscum ex ipso simulacro facilè coniici potest, Smilidis Æginetæ opere, Dedali coæui*. Hinc dilecta Iunoni maximè Samus a Poetarum Principe celebratur, Æneid. l. 1.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo.

Scribit Varro Iunonem Sami adoleuisse, atque etiam illic Ioui nupsisse, vnde eius simulacrum in habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur.

ELAGABALVS.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ. METROPOLEOS PHILIPPOPOLEOS NEOCORÆ. *Cybele sedens, dextra templum gerens, sinistra cornucopiæ.*



Metropoleos dignitatem primarijs cuiuscunque regionis ciuitatibus ab vniuersa Græcia tributam fuisse comprobant tum nummi, tum marmora, quasi ab etymo cæterarum vrbium mater diceretur. Suspicio esset ex nummi typo aliquam singularem describi vrbem quæ Deam Cybelem coleret, hancque Phrygiæ Metropolim, a matre Deorum conditam, iuxta Stephani verba περὶ πόλεων: ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ Φρυ-

Φρυγίας ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα: Hæc quippe ſcalpta videtur. Verùm conſultius duco hanc ipſam Genium ciuitatis deſignare, etſi caput turritum vtrique conueniat; At vix Cybelem abſque cymbalo reperiremus, quòd docente D. Auguſtino, l.7. de Ciuit. Dei, c.4. *orbem terræ ſignificat*. Nec ipſa in monumentis antiquis abſque leonibus cernitur, quare Virgilius, *l.3. AEneid.*

Et iuncti currum Dominæ ſubiere leones.

Sit ergo hæc Dea ſedens Philippopoleos Genius, vrbis Macedoniæ, a Philippo Amyntæ filio conditæ, aut potius inſtauratæ, cùm priùs Πονηρόπολις *improborum ciuitas* nuncuparetur. Sic enim Plinius, l.4. c.11. *Oppidum ſub Rhodope, Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a ſitu Trimontium dicta*. Eadem hæc inſcriptio in maximo Caracallæ nummo occurrit cum Herculis typo, quare ſuſpicio eſt vtrumque aut ad Caracallam aut Elagabalum referri, ſimilis quippe dignitatum epigraphe, ſimile faciei filum vtrique conuenit. Stellam quidem Elagabalo conuenire omnes fatentur Antiquarij, at illa non ſemper expreſſa eſt.

ALEX. SEVERVS.

ALEXANDER.
Triumphus maritimus.
Circus maximus.
Id. fere.





Hos nummos ex eorum numero quos Contourniatos dicunt explicauimus in Theſauro, pag.122. & præcipuè de huius Imperatoris cum Alexandro Magno neceſſitudine, quam hic ex Lampridio tranſcribere

bere libuit. *Seuerus ea die natus est, qua defunctus vita Magnus Alexander dicitur; in templo eius Mater enixa est; apud Arcenam vrbem, ex quo eius nomen accepit. Nutrix ei Olympias data est, quo nomine mater Alexandri appellata est. Nutritor Philippus prouenit casus vnus ex rusticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Habuit & literatorem Aur. Philippum libertum patris, qui vitam eius postea in literas misit. Nata in domo laurus iuxta persici arborem, intra vnum annum persici arborem vicit. Vnde etiam coniectores dixerunt Persas ab eo esse vincendos. Legit & vitam Alexandri quem præcipuè imitatus est, & si in eo condemnabat ebrietatem & crudelitatem in amicos. Libenter audiuit si quis ei recitauit Alexandri Magni laudes, aut meliorem retrò Principum, aut magnorum vrbis Romæ virorum. Agoni præsedit & maximè Herculeo in honorem Magni Alexandri. Reseruabat in mensa vnum poculum quod amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni. Alexandrum verò Magnum inter Diuos & optimos in Larario maiore consecrauit. Id etiam in ipso reprehensum est quòd se Magnum Alexandrum videri voluerit.*

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΒ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

ΕΠΙ ΑΥΡηλιȣ ΖΗΝΩΝΟΣ ΑΡΧιερεως. Α. ΜΑΙΩΝΩΝ. SVB AVRelio ZENONE PRÆFecto sacrorum Prim. MAIONIORVM. *Bacchus cantharum dextra tenens, sinistra thyrsum; abblandiente ipsi tigride.*



Quàm arridet ille Bacchus in Maioniorum nummò, quorum regio vini copia præstantiaque maximè celebrabatur. Hinc ille *Mæonius* a Virgilio dictus est, l. 4. Georgic. *Cape Mæonij carchesia Bacchi*.

L Equi-

Equidem eam optimi vini feracem fuiſſe ſcribit Strabo, *lib.13.* Bacchus autem qualis in nummo repræſentatus eſt, ob Ouidio deſcribitur, l.3. metam.

Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis
Pampineis agitat velatam frondibus haſtam:
Quem circa tigres &c.

Nil verbis Herodoti ad Nummum noſtrum conuenientius, *l. 7. c. 74.* Ἐν μὲν τῇ ἀριστέρᾳ χειρὶ θύρσον κατέχων, ἐν δὲ τῇ δεξίᾳ σκύφον: Παρακαθίζεται δὲ Πανθηρίσκος πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσὶν. Hoc eſt: *ſiniſtra quidem manu thyrſum tenens, dextra verò ſcyphum. Aſidet verò Bacchi pedibus pantheriſcus &c.* Cæterum frequentiſſimè formoſus legitur apud antiquos Bacchus, quòd quidem Iouis filium decebat: ſæpè apud feſtiuum Anacreontem, μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

MAXIMINVS.

. . . ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΙΝΟΣ.
. . . . . . ΝΕΩΚορων . . . . NEOCororum.
Rhea inter Corybantes & Cabiros.



Opinor ad Magnetes referri hunc nummum, ſupplendoſque eroſos characteres hac voce, ΜΑΓΝΗΤΩΝ, MAGNETVM Phrygiæ ſcilicet populorum ad Mæandrum. Rheæ partum inter armatos Cabiros Corybanteſque deſignari nullus dubito, vt abundè in nummo Caracallæ expoſuimus:

Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ide
Tutus vt infanti vagiat orbe puer.

Pars

Pars manibus clipeos, galeas pars tundit inermes,
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Ita apud Ouid. *l.* 4. *Fast.* Cœterum hunc rarissimum nummum olim meum in Thesauro scalpi curaueram.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΙΝΟΣ Π. Π.

ΤΑΡΣΟΥ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΜανικης Κιλικίας Γ. Β. TARSI METROPOLEOS AManiciæ Ciliciæ. *Duæ figuræ.*

Inscriptionem hanc valde illustrat nummus quem possideo ex ære mediocri, in cuius parte Genius vrbis sub specie egregiæ iuuenis turrito capite scalpta est, cum hac inscriptione: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, TARSI METROPOLEOS; In auersa verò Templum decem suffuctum columnis conspicitur, ita in perystilio inscriptum, ΚΟΙΝΟΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ, cui si quod supponitur addatur ναος, significabit Templum COMMVNE CILICIAE.

PVPIENVS.

ΑΥΤ. ΚΕΣ Μ. ΚΛΟΔ. ΠΟΥΠΗΝΙΟΣ Π. Π.

ΤΑΡΣΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΜανικης Κιλικιας Β. Γ. TARSI METROPOLEOS AManiciæ Ciliciæ. *Imperator sacrificans.*

Hunc nummum & scalpsimus & explicauimus in Thesauro, p. 124. Adulatorem Græcorum morem hic nummus patefacit, qui Pupieno ideo a Tarsensibus dicatus est, quo eius animum delinirent: Verebantur quippe ne qui priùs Maximinum suis nummis venerati fuerant, a Pupieno castigarentur.

Id. ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΜανικης Κιλικίας Γ. Β. *Tria capita scilicet Gordiani inter Pupienum & Balbinum.*



Quo tempore acerrimum ardebat Maximini in Romanos odium, mortuis in Africa Gordianis Africanis, filio scilicet in prælio, &

patre ob animi Impotentiam, laqueo; Senatus Romanus trepidus & Maximinum vehementius times, ex XX viris quos ad Rempublicam tuendam delegerat, Pupienum Maximum & Clodium Balbinum AVGVSTOS appellauit, ambos Ex-Consules. Populus verò & milites Gordianum puerum annos agentem XI. petiuerunt vt CÆSAR appellaretur, raptusque ad Senatum, atque inde in concione positus, indumento imperatorio tectus, CÆSAR est appellatus. In eo rerum statu Nummum opinor a Tarsensibus cusum trium Principum gloriam, Maximinique exitum optantibus; Quidni & hoc victo interemptoque?

GORDIANVS.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. *Caput Gordiani*.
ΣΑΜΙΩΝ. SAMIORVM. *Iuno stans cum altera Dea velata*.

De simulacro Iunonis Pronubæ a Samijs cultæ supra diximus pag. 73. Videtur aliud simulacrum alicuius numinis ab ijsdem culti, quod quale sit, nobis non liquet.

Μαρκος ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΣΕΒαστος, ΤΡΑΝΚΥΛΛινα ΣΕΒαστη. Marcus ANTONINVS GORDIANVS AVGustus TRANQVILLina AVGusta: *Capita Gordiani & Tranquillinæ*.
ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. SELEVCIENSIVM NEOCORORVM PRIMORVM. *Duo capita muliebria*.

Seleucia vrbs Ciliciæ Tracheæ seu asperæ, quæ interdum & Isauriæ, in honorem Gordiani & Tranquillinæ nummum cudi curauit, A Seleuco Nicatore instaurata nomen accepit quæ priùs Hyria nuncupabatur, de qua Stephanus in voce ΥΡΙΑ: Ad fluuium Calycadnum sita erat, in nummo hac de causa scriptum: *Isauriam mediam nauigabile flumen CALYCADNVS interscindit: Et banc quidem præter oppida multa, duæ ciuitates exornant, SELEVCIA opus Seleuci Regis, & Claudiopolis*: apud Marcellinum, lib. XIV.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Π. Π. *Caput Gordiani, cum clipeo & lancea*.
ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟπολεως ΑΜανικης Κιλικιας Β. Γ. TARSI METROpoleos AManiciæ Ciliciæ. *Imperator eques*.
ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Π. Π. *Caput Gordiani*.
ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΜ. Κ. Γ. Β. TARSI METROPOLEOS *Luna in biga*.

Nummum hunc in *Thesaura* nostro scalpi curauimus, pag. 198.

ΑΥΤ.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Π. Π. *Caput Gordiani.*

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. TARSI METROPOLEOS. *Ara cum vrnis.*

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. *Caput Gordiani.*

ΠΕΡΓΑμηνων ΝΕΩΚορων Και ΣΜΥΡναιων Γ. ΝΕωκορων ΕΠΙ ΑΥΡΗΛιυ ΑΝΘΥΑΡΙ . . . . PERGAmenorum NEOcororum Et SMYRNæorum Tertiùm NEocororũm, SVB AVRELio ANTHYARI. *Duæ figuræ.*

Hic nummus potuisset inter mediocres collocari: verùm satius duximus illum eo ordine scribere quo collocatus erat.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΣ ΑΣΙΑΣ. EPHESIORVM PRIMORVM ASIÆ. *Imperator eques.*

PHILIPPVS *pater.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ANTIOCHEORVM. *Iupiter in templo.*

ΤΑΡΣΟΥ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛεως. TARSI METROPOLeos. *Imperator eques iaculo leonem traÿciens.*

O { CONCORDIA AVGVSTORVM. *Capita iugata Philippi patris & Otaciliæ, coram Philippo filio.*
SAECVLVM NOVVM. *Templum.* }

Sæculares ludos inter antiquissimas cærimonias fuisse testantur autores innumeri, testantur etiam nummi. Hos autem magnificentissimos edidit Philippus Imp. quibus designaret sibi a Dijs immortalibus non tantùm fuisse concessum sæculares celebrare, verùm & magnos sæculares, qui nonnisi in decimum ab Vrbe condita sæculum incurrebant a Græcis νεοταγῆ Βίον nuncupatum. De ijs vide nummos nostros ex Ære mediocri.

OTACILIA SEVERA.

PIETAS AVGVSTORVM P. M. TR. P. COS. *Capita Philipporum sese respicientium.*

Hunc nummum olim scalpi curauimus in Thesauro, pag. 127.

TRAIANVS DECIVS.

FELICITAS SÆCVLI. *Dea stans caduceum dextra tenens, sinistra cornucopiæ.*

Quidquod & Felicitas Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua persoluta sunt: Inquit D. Augustinus, de Ciuit. Dei, *lib.* 4. *cap.* 18. Caduceum hastæ infixum cernimus, quo felicitatem absque pace esse non posse, indicetur, eamque constantem esse

debere.

debere. Quidni SAECVLI FELICITATEM Trajani Decij nummus celebraret, qui vir fuit Trajano optimo Principi bonitate adæquatus.

HER. ETRVSCILLA.

PVDICITIA AVGustæ *sedens, inter Prudentiam & Securitatem stantes.*

Mulieris virtus propriè pudicitia est, inquit D. Hieronymus, quam ideo optimè collocauerunt Antiqui inter Prudentiam & Securitatem. Nummum hunc scalpsimus & explicauimus in Thesauro, pag. 128.

GALLIENVS.

ΑΥ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. *Caput Gallieni.*

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, in corona. ΛΗΤΩΕΙΑ ΠΥΘΙΑ. TRIPOLITANORVM. LATONIA PYTHIA.



Nummus hic certaminibus Latonijs Pythijs est conspicuus, sed an hæc ab illis diuersa fuerint, non satis compertum est. Pythicum quidem omnium Græciæ certaminum, teste Pausania, *lib.* 10. antiquissimum fuisse perhibetur ab ipso Apolline in cuius honorem celebratum fuit primò institutum: Cùm enim ille e Delo insula vbi natus erat cum matre Latona in Phocidem transijsset, in latronem quemdam Pythonem atque etiam Draconem appellatum, circa Parnassum incidisset, cumque in Apollinem irruentem cùm Latona priùs animaduertisset, exclamasse dicitur Ἴε παῖ, ἴε παῖ: Apollo sagittam emisit & Pythonem occidit, quo facto hymnus ad victoriam celebrandam compositus est, mutatis panlulum vocibus. Ἤη παίαν. Certamina Musica inde instituta, in quibus hymnum hunc Delphis ad citharas citha-

citharædi canebant, ſingulis octoennijs, & Pythica nominata, ſeu a Pythone deuicto, ſeu a ciuitate Delphica, Pytho antiquitus dicta, vnde & Pythius Apollo. Diu intermiſſa neglectaque hæc certamina reſtituerunt Amphictiones Olympiadis XLVII. anno tertio ſcilicet V.C.CLXII. adiectis etiam aulædis qui cithara ludentes ſine cantu modulabantur carmen, ita Strabo, lib. IX. Muſicis hiſce certaminibus adiecta ſunt gymnica & equeſtria, tandemque armatorum curſus, & bigarum certamen, aliaque ludicra. *Quolibet nouennio antiquitus agebantur*, vt ait argumenti tertij Pythiorum autor, Ετελεῖτ. δὲ ὁ ἀγων καταρχὰς μὲν διὰ ἐννεατηρίδρος, ſingulis exactis quadriennijs, eo modo quo Olympica celebrata ſunt. *Laureas verò coronas victoribus datas fuiſſe* aſſerit Pauſanias lib. 10. Δάφνη δὲ ϛέφανος ἐπι τῶν Πυθίων τῇ νίκη καὶ τὰ λ. Quod & noſter nummus comprobat. Vnde agon ΣΤεφανίτης nuncupatus eſt. Quid intercedat Latonam Tripolitanoſque, me latet. Porro nummum ex ære mediocri olim vulgauimus *in indice* Sacrum Senatum repræſentantem, ſeu Neronem ſub eius habitu, cum epigraphe ſolita ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ; in cuius auerſa parte ſedet LATONA Dea TRIPOLITANORVM, ΛΗΤΩ ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, quos Phœnices eſſe opinor Spes mihi eſt rationem illorum cultus inueſtigare.

PAX AVGuſta *ſedens*.

PAX AVGuſta *ſtans*.

POSTVMVS.

LAETITIA AVG. *Triremis*.

Id. *fere*.

An ea fuerit Poſtumi LAETITIA, an publica? puto vtramque: Triremis quippe commodo abundantia procuratur, ſine qua aut Imperatores aut populi læti eſſe nequeunt.

VIRTVS AVGuſti. *Imperator armatus ſtans*.

FIDES MILITVM. *Dea ſtans*.

Equidem bona fide dubitarem hos nummos inter maximos eſſe reponendos; Verùm ſatius duxi inſtitutum ordinem ſeruare, quàm meo arbitrio hanc Numiſmatum ſeriem ſuſque deque reuoluere.

AVRELIANVS.

SEVERINA AVGuſta, *Caput Seuerinæ*.

PROBVS.

MONETA AVGuſti. *Tres Monetæ ſtantes bilances dextra tenentes, ſiniſtra verò cornuacopiæ*.

Id. *fere*.

Id. *fere*.

NV-

NVMERIANVS.

MONETA AVGG. *Tres Monetæ ſtantes*, ſcilicet duorum fratrum Carini & Numeriani Auguſtorum. Cùm occurrit triplex litera G tres Auguſtos eſſe ſignificat.

Adeo frequentes occurrunt tres illæ Deæ Monetæ, vt ſemel de ijs dicere abſurdum non æſtimem. Primis temporibus facti ſunt a R.P. Triumuiri monetales qui auro, argento, ære flando, feriundo præerant, hiſce characteribus deſignati III. VIR. A. A. A. F. F. Hinc pro Triumuiris, facti Quartumviri, pro his deinceps Trium-viri: de quo Fulu. Vrſinus ad familias Romanas, *in præfat.* Horum autoritatem ad Caracallæ tempora duraſſe teſtatur marmor Gruterianum pag.379. n.7. aliquis enim in eo III. VIR MONET. A. A. A. F. F. dictus eſt. Hos autem in occidentali imperio ſex fuiſſe memorantur, quorum primus Romæ, ſecundus Siſciæ in Pannonia, tertius Aquileiæ in Gallia Ciſalpina, quartus Arelate ad oſtium Rhodani, quintus Lugduni in Gallia Tranſalpina, ſextus Treuiris in Germania monetam cudendam procurabant. Quot officinæ monetariæ fuerint in Oriente, non definit Notitia imperij: Conſtat tamen monetas cuſas fuiſſe Conſtantinopoli, Cyzici, Alexandriæ, & Antiochiæ.

DIOCLETIANVS.

MONETA AVGG. *Tres monetæ ſtantes.*

MAXIMIANVS.

MONETA AVGG. *Tres monetæ ſtantes.*

CONSTANTINVS Magnus.

VIRTVS AVGuſti Noſtri. *Imperator eques proſternens inimicum.*
VICTORIA AVGuſti. *Triremis.*
{ CONSTANTINOPOLIS *Genius vrbis.*
{ VICTORIA AVG. N. *Sedens, capite tunito.*
Hunc nummum videre eſt in Theſauro, pag.206.

GRATIANVS.

VRBS ROMA *ſedens.*
Athleta equum tenens.
Duo Athletæ luctantes.

Miras quas vidimus in eiuſmodi nummis contorſiones ad Atletas pertinere arbitramur, nec aliam ob cauſam expreſſas eſſe coniectura eſt, quàm vt ludis & pugnis olim celebrari ſolitis Imperatorum magnificentia ad poſteros tranſmitteretur. Verùm iſti *Contourniati* nummi indocta ſua fabrica artes breui perituras vna ſubindicant.

SA-

SALVSTIVS AVTOR.

SOL ORIENS *Veluti triumphans in quadriga.*

Idem SALVSTIVS AVTOR iam excuſus eſt in Theſauro noſtro, cuius nummum præclarum poſſideo cum epigraphe auerſæ partis PETRONI PLACEAS, quem explicare quàm emiſſe durius eſt.



Hæc Numiſmatum æreorum ex maximo modulo ſeries, vt rariſſima & pretioſiſſima, ſic etiam eruditionis pleniſsima meritò cenſetur. Illa quidem accuratam expoſitionem, quam nonniſi primoribus vt aiunt labris attigi, mereretur; plura vetante temporis periodo huic labori conceſſa, grauioribus ſtudijs me aliò traducentibus. Hoc porrò maximum ſit quibus cordi eſt antiquitatis notitia, ſolatium, breui in publicum emiſſos iri, Chriſtianiſſimi Regis indulgentia, commentarios, ſculpturis a me iam viſis ijſque præſtantiſſimis ornatos. Ad æternam tanti Herois gloriam, hiſtoriæ Græcæ Romanæque decus, & ſummam Litteratorum vtilitatem atque voluptatem id ſucceſſurum confido. Interim quas exiguas animaduerſiones, currente calamo ſcribere libuit, has benignum Lectorem æqui boniquè conſulere, enixè rogo.

CAPVT XI.

NVMISMATA LATINA,

IMPERATORVM ROMANORVM,

Ex Ære magno, mediocri, & paruo.

INVICTA ROMA. *Caput Romæ galeatum.*

L. X. *Aquila*. Romanorum symbolum.

XX. *Duæ aquilæ sub arbore*. An indicent orientem occidentemque armis deuictos iri? An bicipitis aquilæ Imperialis originem tradiderint.

XX. *Lupa lactans Romulum & Remum.*

NVMÆ POMPILI, ANCI MARCI *Regum Romanorum capita iugata diadematibus ornata.*

Caius CENSORINVS, ROMA. *Duæ portæ apertæ, in quarum altera Victoria stat in columna; Prora nauis conspicitur in altera*. Et hic Nummus in gente MARCIA a Fulu. Vrsino explicatus est. Vide nostras FAMILIAS ROMANAS.

MAGNus. Caput Iani. Cn. Pompeij nomen in nummis non legitur, prælato ipsi MAGNI cognomine, a Sulla honorificentissimè tradito.

PIVS IMPerator. *Prora nauis.*

IVLIVS CÆSAR.

COLonia IVLia CORinthus. *Bellerophon debellans Chymeram.*

CÆSAR DIVI Filius. *Caput Augusti.*

Idem fere.

DIVI IVLI IMPeratoris CÆSAR DIVI Filius. *Duo capita auersa, Iulij & Augusti.*
COPIA. *Prora nauis.*

DIVI IVLII IMPeratoris CÆSAR DIVI Filius. *Duo capita auersa Iulij & Augusti.*
Colonia Iulia Victrix. *Prora nauis.*

CÆSAR DICTator TERTium. *Victoriæ caput alatum.*
Caius CLOVIus PRÆFectus. *Pallas stans.*

O. Marcus ANTONIVS IMPerator CONSul DESIGnatus ITERum ET TERTium. *Caput M. Antonij in corona hederacea.*
III. VIR Rei Publicæ Constituendę. *Caput Cleopatræ super aram, exurgentibus hinc inde duobus anguibus.*

M. ANT.

M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. III. VIR R. P. C. *Capita auersa Antonij & Cleopatræ.*
PRÆFectus CLASSis. *Nauis prætoria.*

Idem ferè *cum capitibus iugatis.*

Idem ferè maioris magnitudinis.

M. ANT. IMP. TER. COS. *Capita auersa Antonij & Cleopatræ.*

L. ATRATINVS. *Triumphus maritimus. Vide Fam. SEMPRONIAM.*

LEPIDVS.

M. AIMILIO T. FVFIO. *Caput Augusti.*
EX . . . *Caput Lepidi. Labyrinthus.*

AVGVSTVS.

VGVSTVS *in corona.*

DIVOS IVLIVS *in corona.*

ROMæ ET AVGusto. *Ara Victorijs ornata.*

Senatus Consulto. *Templum, hinc inde columnæ duæ, in quarum altera agnus, in altera vitulus.* Nummum hunc explicant primi Poetæ Christiani carmina, Prudentij scilicet contra Symmachum lib. 1.

Hunc morem veterum docili iam ætate sequuta
Posteritas, mensa atque adytis & flamine & aris
Augustum coluit, vitulo placauit & agno. &c.

Adijciamus & Senecæ testimonium l. 3. de benef. cap. 27. *Sub Diuo Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant, iam molesta. Rufus vir ordinis senatorij inter cœnam optauerat ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatione quam parabat, & adiecerat, Idem omnes & TAVROS & VITVLOS optare:* scilicet ad immolationem, quod etiam ex nummo patet.

S. C. *Templum* aliud.

S. C. PROVIDENTIÆ. *Ara.*

CONSENSV SENATus ET EQuestris ORDINis PopuliQue Romani. *Imperator sedens.*

CÆS. DIVI F. *Victoria stans in puppi.*

S. C. *in laurea.*

S. C. *in ciuica.*

DIVA AVGVSTA *sedens.*

Caius Lucius . . . . *Duo capita auersa.*

Caio VARo RVFo SEXto IVLio POLlione II. VIRO Quinquennali: *Simpulum, aspergillum, secespita, albogalerus.*

. . . . PLOTIO ITER II. Vir. ROMA. Roma stans tenens dextra Victoriolam.

L. BACCIO, MV. FESTO II. VIR. Colonia Victrix Iulia Celsa.

Caio MARio Marco VALerio PRæfecto II. VIRis.

Caio VALerio Caio SEXtio ÆDilibus.

Cæsar Augusta, *in corona rostrata.*

Cæsar Augusta *in corona laurea.*

EMERITA. *Castra*. Merida in Lusitania.
COLonia IVLia FELix BERythus. *Colonus agens iugum boum*.
COL. BERithus. *Neptunus dextra delphinum gerens*.
CORinthus. M. BELLIO PROConsule II VIRo, *Pegasus*.
CYTHE . . . .
Victoria.
COLonia IVLia. *Colonus agens iugum boum*.
COLonia Augusta AVoe PATRensis XXII. *Tria signa legionum*.
C. A. A. P. PATRIÆ *Colonus agens boues*.
COL. NEMausus. *Crocodilus palmæ alligatus*.
IMP. DIVI Filius Pater Patriæ. *Capitæ aduersa Augusti*, & *Agrippæ*.

C. ASINIVS GALLVS M. N.
C. GALLIVS C. F. LVPERCVS
P. LICINIVS STOLO M. N.
M. MAECILIVS TVLLVS.
C. MARCI. L. F. CENSORINVS AVG.
L. NAEVIVS SVRDINVS.
VOLVSVS VALER. MESSALA.
} III VIR A. A. A. F. F. S. C.

IMP. T. VESP. AVG. RESTItuit PROVIDENtiæ. *Ara*.
IMP. T. VESP. AVG. REST. *Ara*.
IMP. T. VESP. AVG. REST. *Victoria clipeum gerens in quo S. P. Q. R.*
DIVVS AVGVSTVS PATER *Imperator sedens*.
IMP. NERVA CÆSAR AVG. REST. *Ara*.

DIVO AVGVSTO Senatus Populusque Romanus.
OB CIVIS SERVATOS. *Corona quercea quam sustinent duo capricorni*.

IVLIA seu LIVIA vxor Augusti.

S. P. Q. R. IVLIÆ AVGVST. *Carpentum*.
CORinthus Lucio FVRIO LABEONE II VIR. *Templum*.
MAXIMO II VIR. D. . . IVLIA AVG . . . VSCO II. VIR. Decreto Decurionum. *Vesta sedens*.
MV. ACILI. GLABRIO . . *Capita Augusti* & *Liuiæ*.

AGRIPPA gener Augusti.

Marcus AGRIPPA Lucij Filius COS. III.
S. C. *Neptunus dextra delphinum, sinistra tridentem tenens*.

TIBERIVS.

S. C. *in corona*.
PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. *Globus* & *temo*.
PONTIF. TRIBVN. POTEST. *Caduceus*.

DIVO AVGVSTO, S. P. Q. R. *Quadrigæ elephantum*.
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. S. C.

CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS, quæ terræ mater erant col-

collapsæ. Huius facit mentionem Suetonius cap. 48. *Ne prouincias quidem vlla liberalitate subleuauit, excepta Asia, disiectis terræ motu ciuitatibus.*

PONTIF. COS. II. IMP. VII. *Caduceus alatus.*

CLEMENTIÆ S. C. *Clipeus.*

MODERATIONI. S.C. *Clipeus.*

IVSTITIA. *Caput Deæ seu Liuiæ.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII.SC.

SALVS AVGVSTA *Caput Deæ seu Liuiæ.*
TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII. S. C.

MVnicipium AVGVSTA BILBILIS. TIberio CÆSARE V. quintum Lucio ÆLIO SEIANO CONSulibus. *Corona.* Hic nummus eo anno cusus est quo Christus D.N. Crucifixus est.

DRVSVS filius Tiberij.

DRVSVS CÆSAR TIberij AVGusti Filius, DIVI AVGusti Nepos PONTifex TRibuniciæ POTestatis II. S.C.
Capita Tiberij & Drusi gemellorum filiorum Drusi, cornubus-copiæ imposita, intermedio caduceo.

PONT. TRIBVN. POTEST. ITER. S. C.

IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. TR. P. P. P. COS.VIII. RESTITVIT.

PIETAS. *Caput Deæ velatum.*
DRVSVS CÆSAR TI. AVGVSTI F.TR. POT.ITER. SC.

NERO CLAVDIVS DRVSVS filius Liuiæ.

TI. CLAVDIVS CÆSAR. AVG. P. M. TR. POT. IMP. S. C. *Imperator sedens super arma varij generis, dextra oliuæ ramum tenens.*

ANTONIA vxor Drusi.

TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. S.C. *Sacerdos simpulum tenens.*

GERMANICVS filius Drusi, adoptatus ab Augusto.

C. CÆSAR AVG. GERMANICVS, PONT. MAX. TR. POT. S. C.

GERMANICVS CÆSAR. *Imperator triumphans in quadriga.*
SIGNis RECEPTis DEVICTis GERManis. *Imp. stans.*

AGRIPPINA vxor Germanici.

MEMORIÆ AGRIPPINÆ. S. P. Q. R. *Carpentum.*

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

NERO & DRVSVS filij Germanici & Agrippinæ.

NERO ET DRVSVS CÆSARES QVINC. *Duo capita auersa.*

NE-

NERO ET DRVSVS CÆSARES. *Equites*.

CALIGVLA.

S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS.

ADLOCVTIO COHortium.

AGRIPPINA, DRVSILLA, IVLIA. *Tres eius ſorores*, quas omnes ſtuprauerat.

Idem ferè.

DIVO AVG. S. C. *Sacrificium pulcherimum*.

VESTA *ſedens, dextra pateram tenens*.

CLAVDIVS.

S. C. *in coroua*.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANicus IMPerator. *Arcus triumphalis*.

SPES AVGVSTI *Dea florem tenens*.

IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. *Idem typus*.

CERES AVGVSA.

LIBERTAS AVGVSTA.

CONSTANTIÆ AVGVSTI.

S. C. *Minerua*.

IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. *Minerua*.

AGRIPPINA Mater Neronis.

CORinthus Quinto PVBlio FLACCO II. VIRis. *Triumphus maritimus*.

NERO.

S. C. *Corona*.

